

**A** quorum alterum ex agilitate consequendi, facilitatem amittendi, alterum ex retinendi difficultate, capiendi segnitiam annexam habere consuevit. *Petrarcha.*

**A**DRIANUS Imp. tanta fuit memoria, ut locos, negotia, milites absentes quoque nominibus recenseret. *Suet. in Dion.*

**N**EPOTIANUS, Heliodori Episcopi nepos ex sorore, presbyter monachus, tanta fuit memoria, ut in disputationibus, & familiaribus colloquiis si quid in medium productum esset, statim dignosceret: ut puta, Tertulliani esse illud, Cypriani istud, hoc Lactantii, &c. Lessione denique assidua peccus suum bibliothecam Christi effecit. *Hieron. in Epistaphio.*

**M**AURILIUS, Cadurensis Episcopus sub Rege Guntrano, in sacris Scripturis ita versatus erat, ut Genealogias veteris Testamenti plerumque memoriter recitaret. *Amoianus lib. 3. de rebus gestis Francorum, cap. 34.*

**G**ENETHIUS Genethlii F. Palastinus, Iohanna, Minutiani, & Agapeti discipulus totam declamationem auditam memoriter recitabat. *Suidas.*

**T**HEODORUS METOCHITES, qui Andronici Palalogi Imp. tempore, Dromi Logotheta fuit, memoriz praestantia ad summum omnium eruditionis fastigium conscendit. Si quid ex eo sive novum, sive antiquum quaereres, ita recensebat, quasi ex libro recitaret. Quare in eius colloquiis parum, aut nihil opus erat libris, erat enim viva bibliotheca, & eorum, quae scire velles, oraculum. *Gregoras lib. 7.*

**F**RIDERICUS Imp. omnium eorum, vel infimorum, quibuscum semel locutus esset, recordabatur. *Casp.*

**F**RANCISCUS Tigri Pisanus, professor juris, insignis fuit memoria, adeo ut Bartolus saepe in commentando eius opera sit usus, & in legibus, quas in promptu non habebat, inveniendis. *Baldus, & Frichardus in vita Bartoli.*

**L**UBOVICUS Romanus protonotarius, juris peritus, memor erat omnium, quae ipse unquam aut legisset, aut audisset, nec oblitus erat eorum aliquid, quae ipse vidisset. Nec ut ceteri iurisperiti principia legum in disputando allegabat, quae quasi codicem legeret, sic textum memoriter referebat. Vir summus non admirationi, sed stupori futurus omnibus populis, nisi pestifera huc vix trigefimum aegressus aetatis annum in Basilienfi Concilio perisset, cum horis sex triginta decubisset. *Aeneas Syl. lib. 1. de gestis Basil. Concilii.*

**P**ETRUS, Petri Lombardi frater, Trecentis presbyter, Comestris nomen accepit, quod sacra Scripturae auctoritate in suis scriptis, & concionibus tam expedite uteretur, atque si eam in ventrem memoriz ingestam concoxisset, & in sui substantiam convertisset. *Tribemius.*

**A**etate Sabellici Antonius Ravennas multa millia rerum itans percipiebat animo: & eo, quo accepta essent ordine, memoriter reddebat. *Sab. lib. 10. cap. 9.*

**M**AXIMILIANUS I. Imp. fuit memoriz tam tenacis, ut eum semel aliquem secum loquentem vidisset: post longam temporis intercapedinem denuo agnosceret. *Casp.*

**I**O. PICUS MIRANDULA audita semel a recitante carmina, & directo, & retrogrado ordine recensere poterat. *Jean. Franciscus in eius vita.*

**C**HRISTOPHORUS LONGOLIUS memoria tanta fuit, ut ad ea tollenda, quae animo semel in se infudissent, diuturnitas temporis vix aliquid valerent. De pluribus, & variis rebus saepe interrogatus, de quibus a multis annis nihil legerat, non minus prompte de singulis solitus est respondere, ac si eo die ab eo perlata fuissent. Si quando de his rebus sermo incidere, quae a diversis, & variis scriptoribus tractata essent, cum respicerent eadem, ita tamen oratione solebat distinguere, sua verba singulis scriptoribus, a quibus ea accepta, referendo, ut non memoriter ea dixisse, in quo saepe offendi solet, sed de scripto pro-

**D**nunciatse videretur. Quae saepe dum faceret, ita auditorum admirationem incendit, ut eum artificio quodam, non naturali memoriz bono, ut existimarent. *Auctor vitae.*

**C**osicum quendam adolescentem, juris civilis studiosum, Patavii se novisse *M. Ant. Muretus lib. 3. Variarum lectionum.* asserit, qui ad triginta sex millia nominum, eo, quo recitata essent, ordine, absque cunctatione recensere poterat. Artem se a pedagogo quodam Gallo domi suae accepisse aiebat: atque cum paucorum dierum spatio Francisco Molino patricio Veneto commutavit, magna omnium admiratione, cum Molinus ante memoria maxime infirma fuisset.

*Salutando.*

**C**YRUS major Persarum Rex, in exercitu numerosissimo no-

minatim singulos alloquebatur. *Plin. lib. 7. cap. 24. Fab. lib. 10. cap. 2. Val. Max. lib. 8. cap. 7. & Sab. lib. 10. cap. 9.*

**C**YNEAS Theffalus, Pyrrhi legatus ad Romanos de pace, postredie, quam urbem Romam venit, curiam ingressus, Senatui, atque equestrem ordinem suo quemque nomine salutavit, absque nomenclatore. *Plin. lib. 7. cap. 24. Plut. in Pyrrho. Solinus cap. 7. Cic. lib. 1. Tusc. quast. Seneca in prologo declamat.*

**P**etebat Appius Claudius censuram cum Scipione Africano, a quo Carthago deleta est. Ut vero favorabilior fieret, memoriam quoque ostentando, nominatum a se populum Rom. salutari praedicabat, cum Scipio omnes ferere ignoraret. At Scipio illudens: Vera (inquit) naras: ego enim non ut multos cognoscerem, sed ne ab ullo profusus ignorarer, sum adnixus. *Bel. lib. 20. cap. 10. Antiq. Lect.*

**L.** SCIPIO populi Rom. nomina absque nomenclatore in salutationibus, & praesentationibus memoriter tenebat. *Plin. de Vir. illust. lib. 7. cap. 24. Hist. nat. lib. 2. Solinus.*

**N**ERO Caesar omnes ordines subinde ac memoriter salutavit. *Suet.*

**U**SUS NULLUS MEMORIAE.

**O**CTAVIUS Caesar post Mutinense bellum, deinceps neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites locutus est unquam, nisi meditata, & composita oratione: quamvis non deficeret ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriae adiret, aut in edificando tempus absumeret, insitutum recitare omnia. Sermones quoque cum singulis atque etiam cum Livia sua, graviore, non nisi in scriptis, & a libello habebat: ne plus, minusve loqueretur ex tempore. *Suet.*

**C**ONSERVATIO MEMORIAE.

**A**NTIGONUS Rex, cui legationibus agens, simul ex monumentis dicerat, quinam apud se antea legationem obissent, & cum quibus, item de quibus rebus, ac negotiis. In dandis itaque responsis mentionem singulorum faciens, apud legatos effecit, ut praestantissima memoria praeditus videretur. *Polye. lib. 4.*

**O**B L I V I O.

*Pete ex Loco proprio.*

**M**EMORIA DEBILIS.

**Q**UORUM.

**N**UMERORUM.

**T**HRACES olim tam obrosso fuere ingenio, ut quaternarium numerandum transcendere nequirent.

**M**elitides ultra quinque numerate non potuit. *Plut. Praeceptorum, Mandatorum.*

**T**HESSEUS in Cretam mittendus, cum parentem confirmaret, & domitium se iactaret Minotaurum: aliud velum gubernatori Aegeus candidum dedit cum praepro, ut in reditu sospite Theseo atolleret candidum, aliis navigare cum atro, & signum cladis ederet. Simonides negat candidum ab Aegeo datum, sed punicum velum, illic eximie virentis flore tinctum liquido: atque id insigne dedisse eorum salutis. Victo autem Minotaurum, cum Attice appropinquaret, memoriz excessisse, cessisse item gubernatori ex gaudio, narrat, ut velum quod erat salutem eorum significaturum Aegeo in altum darent: unde dependentem animum de rupe se illum praecipitavisse, & extinctum fuisse. *Plut. in Thes.*

**N**ominum.

**H**abebat Augustus Nomenclatorem obliviosum, cum hoc genus hominum oporteat in primis valere memoria. Is ad forum iturus, rogat Caesarem, nunquid eo mandaret: Accipere inquit, commendatitias: nam illic meminim notum habes. Atqui hoc est proprium nomenclatorum munus, omnium, nomina, cognomina, titulosque dignitatum tenere, quo heris, cum opus est, suggerant. Unde illis etiam nomen est inditum, & Graeco, Latinoque constatum. *Suet. in Aug. Macrobius lib. 2. cap. 4. Saturnalia.*

**D**I D Y M O Grammatico, quo nemo plura scripsit, accidit ut eum historiae cuidam tanquam vane repugnant, illius proferretur liber, qui cum continebat. *Ludov. Vivies de Causis corrupt. arrium lib. 2.*

**I**nter caetera in Claudio Caesare mirati sunt homines & oblivionem, & inconsiderantiam, vel, ut Graecè dicam, *περὶ τῆς ἀμνηστίας τῆς ἐπιθυμίας.* Occisa Messalina, paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit. Multos ex iis, quos capite damnaverat, postero statim die, & in concilium, & ad alex. lusum admovei iussit: & quasi morarentur, ut somniculosos per nuntium increpuit. *Suet.*

**L**iterarum, Scriptorum, Lectorum.

**C**ALVISTUM Sabinum hominem sane divitem, ita fuisse memoria nulla, scribit Seneca, ut illi modò Ulyssis nomen excideret, modò Achillis, modò Priami: quos tamen bene noverrat, quam pedagogos nostros novimus: nihilominus eruditus volebat videri. Quamobrem compendiarium excogitavit. Magna summa servos emit: unum, qui Homerum teneat: alterum, qui Hesiodum: novem praeterea Lyricis singulos assignavit. Postquam vero hac illi familia comparata est, cepit convivas vexare: habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum petere versus, quos referret, saepe in medio versus excidebat. Suavit illi Sateilius Quadratus, stultorum divitum arrofor, & quod sequitur arrior, & quod duobus his annexum est, desitor, ut grammaticos haberet analectas (hoc est, lectione multa exercitatos, qui, quicquid legissent, haberent in promptu) Erat enim in ea opinione, ut putaret se scire, quod quicumque in domo sua sciret, ut luctaretur, hominem agrum, pallidum, gracilem: cum Sabinus respondisset. Et quomodo postum, vix vivo. Noli obsecro (inquit) dicere: nonne vides, quam multos servos valentissimos habeas? *Ex Seneca Celius lib. 13. cap. 31. Antiq. Lect.*

**C**AUSA. OCCASIO. MEMORIA

debilis, ex

**T**imore.

*Vide Tit. Obmutescens.*

**O**stentatione.

**D**I O G E N E S Cynicus, cuius Rhetorem quendam, ostentandae eruditionis, & eloquentiae causa longi circuitu utentem, & principis coli, a quo circuitus ille totus pendebat, oblitum non aptè concludentem audivisset, Hesiodianum illud (*ὅστις κἀνδὲ τὸν τῶν σοφιστῶν κλέϊον*) paululum immutans sic exclamavit:

*Ὁ δὲ κλέϊον ἀνδρῶν τῶν σοφιστῶν κλέϊον.*

**V**ocat autem Rhetores *ἀναλόκω*, circuitum orationis. *Aristot. in 3. Rhetoricorum.*

**Y**eneficio.

**C**URIO cum pro Sex. Nevio diceret, Cicerone pro Titinia Cotta perorante, subito totam causam oblitus est: idque yeneficis, & cantionibus Titiniae factum esse dicebat. Adeo autem labili erat memoria, ut aliquoties tria cum populoisset, aut quantum adderet, aut tertium quaerere. Quicquam in scriptis obliviscerebat, quid paulo ante posuisset. Orator tamen habitus esse, propter verborum bonitatem, & expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem. *Cic. in Bruto.*

**M**EMORIA VACILLANS.

**E**RRATA MEMORIAE.

**A**ristoteles in 11. cap. ult. *Ethicorum ex Odyss.* u. versus asserit, eosque Dea Calypso tribuit, quos tamen Ulysses profert. *Pariter lib. 3. cap. 12. Agamemnonis verba ex Iliad. B. Hectoris ex Iliad. A. assignat, quandoquidem valde inter se similes sunt orationes. Idem in 3. de Moribus ad Nicomachum Calipsonis nomine pro Circes posuit, & in 2. de Studiis dicitur, ubi Aegyptiorum regis nomen immutavit. Plut. praeterea, licet accuratissimus scriptor, quandoque hac culpa laboravit, ut in Nicia, cum inquit: ὁ δὲ Ἀριστοφάνης κλέϊον ἀνδρῶν κλέϊον, ἀναλόκω τῶν σοφιστῶν κλέϊον, & Nicias παρὰ τὸν Νέωνα, neque enim hunc verum edit apud Aristophanem Cleon, sed Agoracritus, quem ut *ἀναστοχάσας*, exagitat. *Victorius lib. 3. Var. lect. cap. 3.**

**J**ocatus est, ut solet Plautus, cum in Pseudolo ita **D** cum lenone loquentem induxit eorum:

*Quia forsitan faciam ego te hodie me.*

*Item ut Medea Peliam concouit senem:*

*Quem medicamento, sed suis venenis dicitur*

*Feccisse versus ex sena adolescentulum:*

*Item te ego faciam.*

**N**equè enim Peliam Medea, sed Aesonem esse juvenem reddidit: cum autem recepisset, idem se fiduram Peliae effecit, ut infelix femex naturam suarum manibus concideretur. Quod si coquus ille idem fecisset: juvenem Ballionem, ut Medea Peliam fecerat: non sane bonam neque expetendam operationem induxisset hominem lordidum, & abjectum, de industria perperam ac co natri veterem illam fabulam fecerit. Quod si Ciceronis etiam illud à Catone majore ita legendum est (ut sanè legendum puto) Quo quidem me proficiscentem haud sanè quis facile retraxerit: neve tanquam Peliam rec-

coxerit: nimirum tale aliquid hic quoque comminiscendum est: nam aut decorum id, & consentaneum Catoni credit: quod & memoria vacillare *παρὰ τὸν νότον*, & interdum habet aliquid gravitatis in magnis viris minus accurata fabularum, & talium rerum cognitio: ut hoc quoque inter *ἰστορίας*, Ciceronis *ἀμνηστίας*, numerandum est. *Muretus lib. 6. Var. lect. cap. 10.*

**C**um errata nonnulla è genere eorum, quae *ἰστορίας ἀμνηστίας*, vocantur, vivente ad huc ipso ab amicis Ciceronis scriptis deprehensa sint postea etiam A. Gellius, quod Titronem, familiareque ipsius fefellerat, quoddam adnotavit. Sed superiore quoque aetate *Politianus in 3. libro de Divinatione*, eodem modo ab ipso peccatum fuisse declaravit, cum quoddam apud Homerum locutum fuisse Agamemnonem scripisset, quae manifesto edit illic Ulysses. Non multò post Homericum versum convertens, quod Ulysses pronuntiavit, ab Ajace dictum tradit: Ulysses enim est, qui apud Achillem, quarens de ferocitate Trojanorum, sententiam illam edit: *Ζεὺς δὲ ἰσθμὸν κρονίδης ἰδὲ Ζεὺς ὀψήκετο κούρον.* Sed non est, quod miremur tam saepe memoria vacillasse Ciceronem: est enim id vitium proprium senectutis, quae aetate ille se ad huc *παρὰ τὸν νότον* F scribenda dedit: habuitque semper animum occupatum maximam cogitatione rerum, quamvis enim, ut ipse testatur, defensionum laboribus, senatorisque muneribus esset magna ex parte liberatus, non patiebatur tamen vita tam clari civis, in tantis rebus versari, ut penitus se literis, otioque traderet. *Victorius lib. 3. Var. lect. cap. 3.*

**E**x Herod. lib. 5. Dienecces Lacedaemonius: Trachinio quodam asserente Perfas sagittarum multitudine solem obscuratos, respondit: In umbra igitur pugnamus. Prius illud Perse gloriant, & terrenti tribuit M. Cicero. Posterius interpretes Vespasium Aristophanis Leonida regi: errato uterque *ἰστορίας*.

**C**icero in 2. de Gloria, memoria lapsus, Ajacem scribit *ἀπὸ τοῦ* *Homerum Iliad. u.* cum Hector congressum, petere, ut si forte victus esset, sepeliatur, atque etiam Homericos versus interpretatur: sed male. Neque enim Ajax id petit, sed Hector sub persona eius, quem in singulari certamine interfecit, esse, sed sibimetipsi omandum, profert. *Vide Cell. lib. 2. cap. 6.*

**C**icero in 2. quaestione Tusculana, inquit: Aspice Philoetam, **G** tam, cui concedendum est gementi: ipsum enim Herodotum viderat in Oeta magnitudine dolorem ejulantem: Ceterum non Philoeta Hercules in Oeta acerrimis doloribus oppressum vidit, sed pater ipseus Pezantem tempore manifesto repugnant. Ad Trojanum enim bellum, cuius dux Agamemnon fuit, profectus est Philoeta: Hercules vero multò ante in deos relatus erat. Pezantem autem ab eo sagittas dono accepisse, quas postea filio reliquit, certum est: testimonium multorum scriptorum. Apollodorus in Bibliotheca hic verbis docet, ubi narrat non fuisse dicto audientem filium Herculi, cum iussisset eum in cedere rogum: Pezantemque forte illac praetereuntem, dato ille munere sanctum esse. *Victorius lib. 2. Var. lect. cap. 25.*

**M** Tullius lib. 2. de Divinatione, inquit, apud Homerum conqueri Jovem, quod Sarpedonem filium à morte contra factum eripere non possit. At verò non inducit Homerum Jovem cum dolore dicentem, se non posse interitu liberare filium cum cuperet: sed dubitantem, an hoc ipsum facere oporteat contra fatum, aeternamque illam feriem causerum: in ancipiti quoque demum animam ipsius esse. *Victorius lib. 34. Var. lect. cap. 24.*

**C**icero in Paradoxis Biantem scribit incensam ab Halvate Lydorum Rege patria Priene, dixisse: Omnia mea mecum porto, Atqui neque Graeci tamen insignis dicti ullam in vita Biantis faciunt mentionem, neque Priensem tradunt Biantem vivo captam esse. Ut propterea memoria lapsus Cicero videtur. Seneca verisimiliter, qui Silponi Megarenfi dictum attribuit, libro, Quod in sapientem non cadit injuria, secundo: nam Megaram tunc cepit Demet. Poliorcetes. *Lud. Vivies lib. 18. de Civ. Dei. cap. 25.*

**P**lut. libro, Quomodo distinguendus amicus ab adulatore, cum ingenium factum Cn. Domitii adversus M. Scaurum inimicum ipsius, recumque referre vellet, historiam contaminavit, remque ipsam contra, ac facta erat, exposuit, personis immutatis: quod enim Domitius egit, Scauro attribuit, ac de Scauro tamquam acculatore loquitur, reo autem Domitio. *Victorius.*



**A** tellige de illo tantum mendacio, quo quis iis, quæ ad laudem suam pertinent, mentitur.  
 Secundò dividitur ratione finis, vel effectus, in jocofum, officiofum, & perniciofum.  
 Jocofum est, quod causa delectationis, vel suæ, vel alienæ dicitur.  
 Officiofum, quod causa utilitatis, neutrum tamen alteri nocere nequit.  
 Perniciofum est, quod alicui injustè nocet, five alteri proficit, five non. Tale est omne, quod committitur, in Religione, Juramento, Detractione, Sacramento Confessionis, &c. Estque contra honorem Dei, & bonum proximi. Unde juxta materiæ quantitatem, malitiam suam habet, estque peccatum aut grave, aut venia dignum.  
 Tertia divisio est ratione signi, quo quis utitur. Et ita aliud consistit in verbis, estque propriè mendacium: aliud in factis, & dicitur Simulatio, quæ nihil est aliud quàm mendacium in actionibus vitæ, cum quis intendit per has aliud significare, quàm interius sentit. Hujus autem species est Hypocrisis, de qua fusè loco proprio.

\* GRADUS.

**B** Gradus mendaciæ à D. August. lib. de Mendacio, cap. 14. ponuntur octo; quorum primus, & infimus est, cum quis mentitur ad impediendum stuprum, seu castitatis violationem, sibi vel alteri inferendam.  
 Secundò, cum ad impediendum homicidium.  
 Tertio, ad impediendam fortunarum directionem.  
 Quarto, cum placendi cupiditate.  
 Quintò, cum sola mendicandi libidine.  
 Sextò, cum quis ita mentitur, ut uni proficit, & alteri obstat.  
 Septimò, cum ita mentitur ut nulli proficit, & obstat alicui.  
 Octavò, quando mentitur in doctrina Religionis.  
 Hi gradus ab infimo mendacio crescunt ad summum, tres primi gradus pertinent ad mendacium officiofum; quia nemini nocent, & præterea aliquam utilitatem adferunt, dum grave malum, vel stuprum, vel mortis corporalis, vel amissionis pecuniarum vitantur.

\* POENÆ VARIÆ.

Inter ea, quæ Deus odit, Salomon recenset linguam mendacem. Prov. cap. 6. & dicit, labia mendacia est abominatio nemini Domino. Ibid. c. 12. & alibi, Os, quod mentitur, occidit animam.  
 B. CESARIUS affirmat mendacem à diabolo possideri Hom. 16. Unde legitur spiritum malignum dixisse Domino: Ego decipiam Achab. Cui dixit Dominus: In quo? Ille autem: Ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. 3. Reg. 22.  
 Neque solùm apud Deum sic contemptibilis mendax; sed etiam apud homines, ut qui illi fidem non adhibent. Vetus Proverbum est, ait Hieron. Epist. 17. ad Julianum. Mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus credatur. Hinc Ecclesiast. cap. 20. dicit: Opprobrium nequam in homine mendacium, & addit: Potior fuit, quam assiduitas viri mendacis.

ARISTOTELES rogatus, quid mentiendo viri mendaces proficerent? ut vera, inquit, loquentibus fides non detur. Laert. lib. 6. cap. 1.  
 In mendacio se deprehendisse dicebat Xenophon Cyropæd. lib. 3. quod sit hominibus impedimento maximè ad veniam consequendam. Vide infra sub Tit. Exemplorum.

\* EXEMPLA S. SCRIPTURÆ

**D** Primum mendacium fuit à Serpente prolatum, quando dixit mulieri, nequam moriemini. Gen. 3. Unde dicitur mendax & pater ejus. Joan. 8.  
 Sara timore perterrita, à risu se mendaciter excusavit. Genes. cap. 18.  
 Etiam fornicatores mendacium dicere dedignantur. Sicut Judas, qui dixit, Mendaci non arguere non poterit, Thamar (scilicet) cui hædum promiserat. Gen. 38.  
 Mendacium obstricticum, quod dixerunt Pharaoni, filios Hebræorum jugulare nolentes, habuit remunerationem temporalem, & non æternam. Licet fuerit illud mendacium valdè compassivum, nec pro mendacio remunerata sunt, sed pro compassione. Exod. 1.  
 Multoties Phara voluit decipere Moysen per mendacia. Sed tamen nihil ei profuit. Exod. 9. 10.  
 Callidè cogitantes Gabaonite voluerunt Josue mendaciter decipere: sed ille bono usus est consilio, eos in servitutum redegit, nec imitum fœdus rupit. Josue 9.  
 Nunquam licet mendacium discere, sed veritatem licet, & expedit quandoque tacere, sicut fecit Abraham, qui tacens Sa-

ram esse uxorem, dixit: Soror mea est. Gen. 20. Et Samuel dicens: Ad immolandum Domino veni. Ad aliud enim facere principaliter venerat, & nihilominus hoc facere proponebat. 1. Reg. 16.  
 Dixit Saul, servos suos conjurasse adversum se: quia non capiebant David. Et dixit David servum suum insidiari sibi. Ipse verò insidiabatur ei. 1. Reg. 22.  
 Officiòse mentiris est Chusai Absalon dicens: Sicut parvi parvi tuo, parvo & tibi 2. Reg. 16.  
 Vir Dei prædixit Jeroboam destructionem Altaris sui, qui per falsi Prophetæ mendacium seductus fuit, & mandatum Domini præterivit. 3. Reg. 13.  
 Duo falsi testes producti contra Naboth fuerunt causa lapidationis ejus. 3. Reg. 21.  
 Spiritus mendax in ore multorum Prophetarum decepit Achab, ut iret ad pugnam. Et ibidem fuit percussus ad mortem. 3. Reg. 22.  
 Per verba, quæ dixit Judith Holoferni, decepit eum. Licet, excusetur propter intentionem, quam habuit. Judith. 11.  
 Pessimum mendacium adinvenit Aman, ut posset confundere Mardochæum, eo quod illum adorare volebat. Est. 3.  
 Sex sunt, quæ odit Dominus, oculos sublimes, linguam mendacem, &c. Prov. 6.

Abominatio est Domino labia mendacia. Prov. 6.  
 Falsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit. Prov. 12.  
 Accesserunt ad Jeremiam Principes, & vulgus, quod remansit post destructionem Jerusalem, & dixerunt se facturos quicquid ille præciperet eis, five bonum esset, five malum. Sed largam promissionem malè tenuerunt. Jer. 42.  
 Perniciofum, & detestabile mendacium dixerunt duo presbyteri senes adversus Susannam: quam tamen ex constantissima castitate commendare debebant. Dan. 13.  
 ANTIQVUS Rex misit Principes tributarios in civitates Judæ, & venit in Jerusalem, loquutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit super civitatem repente, & percussit eam plaga magna, perdiditque populum multum. 1. Mac. 1.

Cum obsideret Antiochus Eupator Jerusalem, ut posset capere eam, misit ad illos, qui erant intus, pacem facere, & ceperunt illam, & juravit illis Rex, & Principes, sed rupit citius juramentum, & mandavit destrui murum. 1. Mac. 6.  
 Alcimus, qui voluit fieri summus Sacerdos, dixit regi Demetrio: Perdidit Judas, & fratres ejus amicos tuos. Deinde idem venit in terram Juda cum Bacchide, & miserunt nuntios ad Judam, & fratres ejus, & loquuti sunt verbis pacificis in dolo, & tandem probatum est, quod non erat in eis veritas, & judicium. 1. Mac. 7.

Promisit Demetrius Jonathæ, quod redderet ei arcem: sed cum liberatus fuisset per Judæos, quos misit Jonathas, mentiris est Demetrius omnia, quæcumque dixit, & alienavit se à Jonathæ. 2. Mac. 22.  
 Misit Simon Tryphonici, talenta argenti, & duos filios Jonathæ pro liberatione ipsius. Quia promiserat Tryphon remittere Jonatham, si hoc fieret ei. Sed mentiris est Tryphon, quia argentum retinuit. Et patrem cum filiis interfecit. 1. Mac. 15.

Mentiris sunt contra Dominum Jeshu Judæi, præcipuè Scribæ, & Pharisæi, qui magis invadebant ei, dicens eum esse potatorem, mendacem, voracem, & prohibentem tributum dari Cæsari, gentis subversorem, & turbatum seductorem, demoniacum, blasphemum, & Samaritanum. Matt. 11. Luc. 23. Joan. 8.

Nequissimum mendacium excogitaverunt Judæi, quando corruerunt custodes Domini sepulcri, ut dicerent, quod discipuli de nocte furati fuerunt corpus Domini. Matth. 28.  
 ANANIAS, & UXOR ejus Saphira mentiris sunt Petro de pretio agri venditi. Quod mendacium fuit per Petrum gravissimè vindicatum. Act. 5.

Judæi statuerunt duos falsos testes contra B. Stephanum dicens: Homo iste non cessat loqui verba adversus sanctum locum, & legem. Act. 6.  
 Contra B. Paulum multa fuerunt adinventæ mendacia. Nam Questuarius, qui habebat puellam pythonissam Philippis, à qua ipse spiritum pythonem eiecit, dixerunt magistratibus civitatis: Hi homines conturbant civitatem nostram, cum sint Judæi: & annuntiant morem, quem non licet suscipere. Act. 16.

Item apud Athenas dicebant quidam. Quid vult feminiver-

bius hic dicere? Alii dicebant: novorum demoniorum videtur annuntiator esse. Act. 17.  
 Rurfus, Hierosolymis quidam Judæi iniecerunt ei manus, clamantes: Viri Israëlitæ, adjuvate. Hic est homo, qui adversus populum, & legem, & locum hunc, omnes ubique docet, insuper, & Gentiles induxit in templum, & violavit locum istum sanctum. Act. 21.  
 Postea coram Felice Præfide Tertullius orator Judæorum, dixit eum hominem pestiferum, & concitantem seditionem Judæis in universo orbe. Act. 24.  
 Præterea in insula Mytilene, videntes Barbari viperam in manu Pauli pendentem, dicebant ad invicem: Utrique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio cum vivere non sinit. Act. 28.  
 Testatur etiam Paulus de scipso. Ajunt quidam nos dicere quemadmodum de nobis male loquuntur. Faciamus mala, ut eveniant bona. Rom. 3.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ, ET HISTORIA ILLO RUM, QUI ACERBA PATI MALVERUNT, QUAM UNICUM PROFERRE MENDACIUM.

Refert Scriptura divina, quo pacto Achior Ammonitarum ductor ab Holopierne Bethuliam obfidebat, de Judæorum virtute interrogatus, quod sentiebat non dissimulari, afferens inexpressabiles esse, Deo ipsorum cum ipsis stante, nisi quando eo relicto ad Deos alienos declinassent. Ob hoc veritas in Bethuliam imititur, ut simul cum illis, contra quos bellum erat, captus puniatur. Sed longe fecus, quam veritatis persecutores crediderant, evenit. Holopiernes, qui nihil armis suis sufficere possent gloriabatur, feminæ manu interimitur, reliqui fugam petunt. Achior verò vitæ periculum evadens, ne quid in se genitilitæ falsitatis redideret, etiam circumfisionem accepit. Qui ergo pro veritate steterat, qui contra nitentem, necem, & necè gravioerem ignominiam, & utroque acerbiora gehennæ supplicia esse confectus. Judith. 5. Is. 6.  
 Post Prophetas fidelissimi veri assertores exitere Apostoli, Martyresque, & reliqui eos imitati, ad docendo, ad reprehendendo, aut prædicando, nunquam quicquam locuti sunt, vel metu, vel odio, vel gratia. Contempserunt potentium minas, deserunt tyrannorum supplicia, mortem ipsam subire non recusarunt, dum pro veritate starent, soli illi semper placere studentes, qui ait: Ego sum via, veritas, & vita. Hinc quidem multos levissimè etiam mendacii culpam sedulo cavisse accepimus.

Memorable Exemplum est apud Simonem Metaphrasen, de Anthonio Nicomedensi Episcopo, & Martyre, qui cum liberatus fuisset per Cæsaris persecutione à viginti satellitibus ad eadem revertetur, ipsos satellites hospiti excepit, mensamque prælatam eis apposuit, ac simul addidit, se brevi Anthonium in eorum conspectum adducturum. In medio verò ciborum apparatus, exurgens palam prodidit esse quem tam studiosè quærerent. Hic illi stupore attoniti, & venerandos illius canos reverti, ob benevolentiam, & charitatem, qua illos exceperat, aut sponderunt, se Imperatori renunciatores, Anthonium diu quæsitum non esse inventum. Ille verò contra obtendit, se id non permitturum. Fas non esse Christiano pro vita cuiusquam mentiri. Itaque ultro se captivum illis adjuvit, & post diuturnos acerbosque cruciatus Martyrii coronam potius est.

Illustre quoque hujus rei exemplum B. Hieron. epist. 45. de muliere septies icta, tradit, quæ falso accusata de adulterio, sexu fortior suo, cum equule corpus extenderet, & fordidas fetore carceris manus post tergum vincula coherentem, oculis, quos tantum tortor alligare non poterat, suspexit ad cælum, & voluit per ora lachrymis: Tu, inquit, testis es, Domine JESU, cui oculum nullum est, qui es scrutator renis, & cordis, non idè me negare velle, ne peream, sed idè mentiri nolle, ne peccem. At tu miser homo (alloquitur adolescentem de eodem scelere falso accusatum, qui mentitus erat servum, & illam, ut tormenta effugeret) si interire festinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ipla cupio mori, sed non quasi daturæ: præsto jugulum, intactam intercipio mucronem, innocentiam tamen meam feram. Cùm autem Consulatus duplicari tormenta juberet, una interim ejus vox erat: Cæde, ure, laetere, non feci. Si dicitis tollitur fides, veniet dies, quæ hoc crimen diligenter discutiat. Postea miserum juvenem L. B. vit. Human. Theat. Tom. V.

nis caput uno ictu amputatum est. Mulleris verò tangi Equidem, sed truncari non potuit, ne septies quidem percipito à diversis carnificibus ictu. Ita clam crepta manibus carnificum sanitati restituta est, & libertate à Cæsare tandem donata; ut fusè prosequitur Hieronymus.  
 THEONAS Abbas in Eremo Scythi nunquam menticus dicitur, cum tamen tribus millibus Monachorum præfuit. Mirum est inter tantam multitudinem, non fuisse linguam lapsam. Hoc idem & Beonem Abbatem in vita præstitisse, tradunt. In Vita PP. Pallad. Hist. 49.

MENDACES.

Qui mentiuntur.

In Genere.

Perfæ dicebant, duo esse peccata inter homines turpissima, debere, & mentiri. Conjunxerunt autem hæc duo, quod unum raro sit sine altero. Herodor.

IN SPECIE.

Mentiri deducionem.

JUL. AGRICOLA Britannia Legatus sub Domitiano, classis Albionem circumire iussit. Qui classi præerat, ad Pictorum Bosphorum, qui Orcaes, & Cornanem regionem rapidissimo cursu contrariis maris æstibus agitur interfluit, superandum, reperos quosdam in Hebridiis insulis Agrestes magnis pollicitationibus ductores itineris adhibuerunt. Illi ut patriæ excidio Romanam quoque classem vetericem involverent, cum maximè à Bosphoro fuisset abstinendum, eò naves dirigi iusserunt. Quarum quædam paulo post raptæ in præcepis, scopulisque illisa, aliæ anchoris jactis, sed per sevientes undas revulsis, vi procellarum, æstuque marini ad hæc subitò sunt depressæ. Navigantium pauci admodum evaserunt, tabulis hærentes: & ita quidem in littora eieci, pro pradonibus habiti, ab incolis aut necati sunt, aut servati ludibrio. H. Boet. l. 5. Testimonium.

Vide Tit. Persi in Testimonio.

CÆSONI Quintici Cincinnati ter Coss. F. lingua manuque promptissimo, qui unustribunias procellas ob legem Agrariam ortas strenuè sustinebat. A. Virginius Trib. pleb. capitis diem dixit. Pater Quintius ipso judici die supplex populum prope ad misericordiam flexerat, cum M. Volscius (suerat is aliquot ante annos trib. pleb.) testimonium detulit, paulo post quam penitentia Romæ remississet, incidisse se in juvenentum noctu circa Suburram grassantem: ibi rixa ex illorum injuria orta, fratrem suum majorem natu, qui nondum rectè è morbo convalescisset, pugno ictum à Cæsone, semianimum concidisse, interque manus domum relatum, cui hominis offensæ paucis fuisse ille diebus superstes, nec sibi rem per superiorum annorum consules exequi licuisset. Id facinus adeo atrox multitudini visum, ut concitatis animis agrè temperatum sit, quum impetu populi fuerit reus pro concione discerptus. At non multo post à quæstoribus accusatus Volscius, & falsi convictus, à L. Quintio Cincinnato Dictatore dicto, in filii ultionem Lanuvium exulatum missus est. Sabell. 3. En. 3.

Crimen. Accusatio falsa.

Consule Locum injustitiam.

THESEVS revera Neptuni filius, cum haberet ex Amazone Hippolyta Hippolytum, induxit ei Novercam Minois filiam Phædræ. Quæ privigni deperiens amore, nutricem suam ad eum ablegavit. Ille profugiens Athenis, Trezenem contulit se, ubi venando temporebat. Desitit laicæ voto, Hippolytas adversus castum adolescentem fallaces scripsit, ac laqueo gulam sibi fregit. Litteris Theseus fidem habens, ex tribus votis, quæ à Neptuno habebat, interitum precatus est Hippolyti. Neptunus in littore curru vehenti taurum immisit, atque equos exterruit, qui Hippolytum eliserunt. Plutarch. de Græc. Romanorum comparat.

Comminius Super. Laurentinus, qui filium ex Nympha Egæria Communiu generaverat, novercam ei Gidicæ superduxit: quæ amore privigni capta, cum libidinem explere non valeret, laqueo vitam finivit, epistolis relictis commentitis. Comminius perlectis criminibus, amorique uxoris fidens, Neptunum advocavit, qui puero curru vehenti taurum ostendit: ac raptantes equi adolescentem confecerunt. Id apud Dositheum est libro tertio rerum Italicarum. Ibid.

Elicii Cephi, & Sciadis Eunostus filius fuit, quem fama est à Nympha eductum Eunosta hoc nomen accepisse. Qui cum pulcher, & justus, tum continens fuit, & austerus. Hujus amore unam ex Coloni filiabus Oehnam, illius confobrinam, fuisse Cc 4 captam

**A** captam perhibent. Eam Eunoſtus, cum ipſum appellaret de ſtupro, rejecit, probrisque conſiliam abiit criminatus apud fratres. Ceterum occupavit virgo id adverſus illum facere, concitavitque fratres Ochemum, Lecontem, & Bucolum, ut Eunoſtum, quaſi vi ipſam compreſſiſſet, interficerent. Illi inſidiis exceptum trucidaverunt juvenem. Tum Ochem, quam facti poenituit, ſollicitudinis plena, ſimul quo ſe mœrore ex amore excederet, ſimul miſerans fratres, Elicio totam rem expoſuit, ille Colono. Judice Colono ſolum fratres Ochem veterunt, illa ſe, ut Myrtis Antedonia Poetra medorum reliquit ſcriptum, in præceps dedit. Heroum illud, & lucrum ſervabat Eunoſtus ita inaceſſum, ac nulli inſitum mulieri, ut ſubinde cum terra moviſſet, vel alia prodigia accidiſſent, accuratè exquiſierint, & anxie excuſſerint Tanagrai, cœqua ſœmina ad eum locum clam accidiſſet: ac memorant nonnulli, ex quibus vir clarus fuſt Clidamus, oblatum fuiſſe eis Eunoſtum, qui lotum ibat ad mare, quod ſœmina in lucum fuiſſet. *Plut. in queſt. Græc.*

C. Caligula fratrem Tiberium inopinantem, repente immiſiſto Tribuno militum, interemit. Silanum item ſocerum ad necem, ſecandaſque novacula fauces compulſit: cauſatus in utroque, quod hic ingreſſum ſe turbatus mare non eſſet ſecutus, ac ſpe occupandi urbem, ſi quid ſibi per tempeſtates accideret, remanſiſſet: ille antidotum aboleviſſet, quaſi ad præcavenda venena ſua ſumptum: cum & Silanus impatientiam nauſæ vitæſſet, & moleſtiam navigandi, & Tiberius propter aſſiduum, & ingravifcentem tuſum medicamento uſus eſſet. *Sueton. in Caligula.*

*Monetam. Vide adulterium monetæ. Scripturam.*  
**Huc Titulum Falſariorum refer, vel ſi literaria mendacia intelligantur, Tit. Literarii faures.**

RESPECTU FINIS. Cauſa

Ultionis.  
**Ex Loco Aſtus in ulciſcendo, huc quedam. Republicæ.**  
**Bono viro Reip. cauſa mentiſi etiam Plato permittit. Amoris.**

**C** *Vide Locum Aſtus amatorii. Mendaces Hiſtorici, Poetæ, Scriptores. Pete ex Tit. de Maleſcientia in fine.*  
**MENDAX NEGATIO DE SUI REBUS. Sive BONIS.**

**Huc illi, qui bona ſua non conſententur, ſed diſſimulant: qui ab aliis laudata non agnoſcunt, qui ab aliis oppugnata non defendunt. Qui ipſi ad Puliſanimitatem in honoribus amplectendis pertinent reſpectu Subjecti, ac reſpectu Veritatis negligentiæ huius ſunt loci.**

**MALIS.** Ea nimirum falſo EXCUSANDO, DEFENDENDO. Verbi gratia.

**Ex Tit. Excusaſionis ſtorum malorum ſcurrilis, quedam exempla huc conſerent, quatenus mendacium junctum habent.**

**Libidinem.**  
 Phœdra apud Euripidem de inceſto amore ſe excuſat, Theſei injurias ſe ad amandum Hippolytum compuliſſe dicitans. Et apud eundem in Troadibus Helena Hecubam majore dignam poena ait. Neque enim niſi illa adulterum Paridem pepiſſet, ſe adulterum ſecutum fuiſſe. *Plutar. in lib. de Audiendis Poetis.*

**D** Helena apud Euripidem cauſam malorum, quæ propter fui rapcum Græcis, & Trojanis accidit, in Venerem tranſfert, inquit:

*Αδελφός, ἀπολιπτόντος  
 Κίπριος Δαναΐδης ἔρωτος  
 ὀφειλὼν Πρωκλίδης τῆς.*  
 Eadem in Troadibus, coram marito tranſfert cauſam in Venerem, à qua coacta ſit Paridem ſequi.

*Ἔσθ' ἡδὲ καὶ εἰς τὴν ἀφροδίτην ἔρωτος, καὶ εἰς τὴν ἑλὴν ἔρωτος.*  
 Sed ille Hecubæ ſcitè reſpondere, inquit: *Ἦν δὲ καὶ τὸς καλὸς ἀπολιπτόντος, τὸς δὲ ἑλὴν τὸν τὸς, ὁμοῦντος κίπριος, καὶ τὸς τὸς τὸς τὸς ἀφροδίτην βροτῶν, ὅτι ὅστος τὸς ἀφροδίτην ἀρχὴ τὸς.*

**Luxum.**  
 Cum gravem amicum audiſſet Julia Auguſti F. ſuadentem melius faciendum, ſi ſe compoſuiſſet ad exemplar paternæ ſugalitatis, ait: Ille obliiviſcit Cæſarem ſe eſſe, ego memini me Cæſaris filiam. *Macrob. l. 2. c. 5. Saturn.*

**Ambitionem.**  
 HERODES Judæorum Rex, ſtudio memoria propagandæ ad poſteros, urbes condidit in honorem Cæſaris Cæſarem, & Sebastein, eique templa dedicavit: excuſans interim ſe Judæis, quod non ſponte, ſed potentiorum juſſu hæc faceret. *Joſephus l. 15. c. 12. Antiq.*

**Tyrannidem.**  
 L. SYLLA dictator, poſt multos cives patria exactos, ſparſumque civilibus bellis languinem, depoſita Dictatura cum in foro deambularet, interrogatus, quomodo tam multis crudeliter, atque avarè perpetratiſſis rebus, à tam ſublimi loco, ubi imperabat, iterum ad privatam vitam redire auſus eſſet? reſpondit, Si necceſſe eſſet, omnium, quæ in Dictatura gefiſſet, ſe rationem redditurum. *Plutarcb.*

MITHRIDATES Rex, cum Sylla victore congreſſus, eloquenter admodum ſua facta tueri, & belli cauſam in Romanos tranſferre conatus eſt. Sed illius aſtutiam Sylla paucis verbis retudit, & an pacis Archelao datæ conditiones reſta haberet, interrogavit. Aſſentiente eo, tunc primum dextram ei porrexit. *Plutarcb.*

**Parricidium.**  
 ORESTES apud Menelaum excuſabat parricidium, cauſam referens in Apollionem, jubentem interficere matrem ulciſcendo eadem in patrem Agamemnonem designatam, apud Euripidem in Orefte.

*Διότι οὐκ ἔστιν, ὅτι τὸν ἀπὸ τοῦ θεοῦ.*  
 Servimus diis, quodcumque tandem ſunt dii. *Latrocinium.*

BULAS famoſiſſimus latro, ſorti opera deprehenſus, & à Papiniano præfecto pratorio ſub Severo Imp. interrogatus, Cur latrocinium faciſſet? reſpondit: Et tu dic, cur præfectus ſis? *Dion. & Xiphilinus in vita Severi.*

**IGNOSCENDO.**  
 MÆVIUS tam inceptus quam petulanus Poeta, Virgili amulſus: de quo ſic Horat. lib. 1. *Serm Satyr. 3.*  
*Mævius abſentem Nevium cum carperet, Heus tu, Quidam ait, ignovias te? an ut ignotum dare nobis Verba putas? Ego mi ignoſco, Mævius inquit.* **G**

**EXCUSANDO.**  
 PHILIPPUS Mæcedonium Rex, in epiftola, quam ſcripſit ad Athenienſes, cum in animo haberet nihil eorum facere, quæ legati ipſorum poſtulabant, nec tamen nihil datus videri vellet: affirmavit ſe auditis oratoribus eorum aſſentiri omnibus rebus, quas illi petebant, ſequè paratum eſſe inducias facere: ſi tamen Athenienſes miſſis ad ſe aſſiduos malorum conſiliorum, juſto ſupplicio illos affici paſſi ſint. Literæ regiſcitata à Demotheone in actione pro Cteſiphonte, illic nunc incluſæ legunt. Eodem etiam paſſo M. Antonius texti odium ſuum contra eos, quos Mutinæ obſidebat, docens te omni poena eos liberaturum, ſi Imperatorem ſuum proſidiffent, in epiftola quam miſit Hircio, & Cæſari: quod illi commiſſuri nullo modo erant. *Viſor. l. 2. Var. l. 1. c. 13.*

DEMOGLES Dionyſii junioris adulator, cum legatus unà cum aliis ad Dionyſium miſſus eſſet, omneque eadem ritum venerunt, accuſatus fuit ab aliis, quod ſeditationem concitaſſet in itinere. Dionyſi quoque rebus publicis obſeſſet. Valde irato Dionyſio, ſibi controverſiam cum aliis legatis inde natam eſſe dixit, quoniam poſt cenam illorum nonnulli Phrynici, Steſſychori, ac Pindari poena ſumentes canerent: ipſe vero ipſius Dionyſii. Cujus rei ſe clariffimum argumentum daturum pollicebatur, quod ipſus accuſatorum nec numerum quidem canentium ſcirent, ſe verò omnes ex ordine canere poſſe. *Athen. l. 6. c. 6. Polyan. l. 5.*

ARGOBASTES Comes, junioris Valentiniani Imperatoris dux, cum Viennæ in Allobrogibus eſſet, ſingulari Valentiniani cura vitæ, & ut ſcelus ſuum tegeret, cum egiſ cubiculo ipſi ſuſpenderet, divulgavit, quod atrocibus nunciis percuſſus, moleſtiæque impatiens, ſibi ipſi mortem cõſciſiſſet. Eo autem ſecelere uſus eſt, ut ad Eugenium hominem cõſciſiſſet. Ad impetrium, & ſub eo ipſe arbitrato ſuo Imperii habens moderatorem.

**MALIS.** Ea nimirum EXCUSANDO, DEFENDENDO.

Historici quidam, inter quos & Apion Alexandrinus grammaticus, Antiochi Epiphaniſis ſacriligium excuſare falſo dicuntur, audentes aſſerere, Antiochum in templi penetratiſſis, ad omniſi Græcum in lectulo decubentem invenſiſſe, omni lautiſſimo ciborum genere juſta poſito, quem ſaginatam in ſilva quadam ſolemnis more ſacrificaverit eſſent, ex ejus viſceribus guſtaturis, jurejurando factis, perpetuas ſe, cum Græcis inimicitias habituros. Verum mendacium hoc pulchrè Joſephus diluit lib. 2. contra Apionem.

ANAXARCHUS conſolatorum Alexandrum, qui per vinolentiam amicum optimo interfecerat. An tu Alexander ſapienter, inquit, veteres ignoras, ideò aſſidentem Jovi juſtitiam ſciſſe, ut quidquid ab Jove ſancitum, decretumque foret, id juſtè factum videretur? Ita magna acta, & geſta Regis primum quidem ab ipſa Rege, deinde ab aliis juſta cenſenda ſunt. *Cal. lib. 8. c. 1. & Adriano, & Plut.*

DIONYSIUS tyrannus audita Poemati ſui irriſione in Olympico conventu facta, tamen Aſſentatorum oratione confirmatus eſt, omnibus namque rebus præclaris uſu venire, ut eſſi dii invidias calumniati ſint, poſtremo tamen ii ipſi admirari, E & deprædicare cogantur. *Diod. lib. 14. c. 1.*

CICERO Munatio reo patrociniarius fuerat: atque ille abſolutus. Poſt, cum Munatius Sabinum Ciceronis amicum reum perageret, iratus Cicero, exprobravit illi beneficium: An tu, inquit, Munati, illud judicium tua opera effugiſti, an potius mea, qui multum caliginis tribunalibus eſſudi? *Plut. in Cic.*

NON ACCUSANDO. MINUS QUAM DECAT REPREHENDENDO.

Itaſi lamentatur, inquit: Væ mihi, quia tacui. Reprehenſibilem ſe agnoſcit propheta, quod Oziam Regem, populumque in vitia præcipitem verbis non corripuit. *Martulus lib. 4. cap. 6.*

Archibiades in curia Athenis à Phocione, oclamationibus factato, teſtis dictorum ſuorum, & ſuffragator advocatus, populo Athenienſi adulabatur, dicens ea tantum, que populo accepta forent. Unde Phocion, apprehenſa barba ejus, Quinigitur, Archibiades, inquit, tondes barbam? *Plutarcb. in Phocione.*

Urias Pontifex Hieroſolymitan. Achaſ Regis Judæorum juſtu aram Domini aneam loco movit, & ad Manaſcenum exemplar aliam extruxit, in qua hoſias adolevit, plus gratia Regis, quam timori Domini tribuens. *4. Reg. 16.*

IMITANDO.  
 Narrat Theophr. apud Athen. lib. 6. c. 6. Dionyſium tyrannum ex bibacitate excuſiſſe. Proinde amicos, & compotores in conviviis adſimulare ſolitos: non videre ſeſe vel cibos, vel calices appoſitos, videlicet ad eum modum adulantes Regi. Unde *δουλομαχίας* ſunt appellati. Hegelander verò hoc adulatoribus Geloniſt tyanni ibidem tribuit.

LAUDANDO, COMMENDANDO.  
 Colax Biant ſtupido ſic adulatus eſt: Plus bibiſti quam Rex Alexander. Quod in Alexandro turpiſſimum erat, illi laudi tribuit. *Erasm. lib. 8. Apophth.*

Annus Cornicula Galienum ingnaviſſi Imp. uti conſtantem principem falſo ſua voce laudavit, cum is diceret (nunciata patris captivitate) Sciebam patrem meum eſſe mortalem. *Cuſpin.*

MENDAX AFFIRMATIO CONSIDERATA G  
 Reſpectu Efficientis: Qui, Quales.

**Huc mendaces populi. Vide Obreſtatores. PROPHETE, VATES.**

Pſeudoprophete dicebant Achab Regi Iſrael de bello futuro proſpera, quæ cum cupere ſciebant. *2. Reg. 22.*  
**POETE, HISTORICI.**  
*Conſule ſuprà. De alienis malis, Poetæ mendaces. LEGATI.*

Exploratores Iſraelitarum XII. in Chanaan miſſi, timore eorum populorum correpti, cum rediſſent, Iſraelitis diſſuadere cœperunt, ne terram illam invaderent, ſeracem eſſe quidem, verum populum robuſtiſſimum, & immani ſtatura, quodam etiam Ena quinos, hoc eſt gigantes, cum quibus colati ipſi, ſibi locuſtæ viderentur. Solus Caleb, & Joſue veritatem nunciaverunt, populumque ad terram invadendam animarunt, quod Deo duce facile eſſent ſuperaturi. Verum cum Iſraelitæ cæteris aures præberent, & contra Moyſem, & Aaronem murmurantes in Ægyptum redire vellet, iratus Dominus, juravit nullum eorum, qui xx. annis majores contra ſe mururaſſent, in terram Sanctam ingreſſurum, ſed xl. annis in deſerto circumducendos. Et exploratores eos, qui ſeditioſum concitantes auctores fuerant, ſtatim Dominus interfecit. **H**

Solum Caleb Jeſonias, & Joſue Num F. veritatis ergo incolumes ſervavit, eoſque ſolos ex omni multitudine terram cam ingreſſuros affirmavit. *Num. 13. 14. & 15.*

TESTES.  
*De his ſuprà. ſub Reprehenſione, & Accuſatione mendacæ. QUO CONSILIO. AD MENTIENDUM INDUCTI POETI.*

*Vide ſuprà. Poetæ mendaces. LUCRO, PECUNIA.*  
**Sic ſerè Adulatores, quorum proprium eſt ventris cauſa adulari.**

BOMOLOXOI olim dicebantur, qui obſervantes circum aras, victimis tendere conſueverant inſidias. Hinc tranſlatum eſt

est ad abjecte adalantes ventris gratia. Unde dicta sunt. A. Bona voluntas in bono... Mendacium in Adagio.

OBIO, INVIDIA,

Sic ferè Obrectatores, Maledici. De quibus supra,

GLORIA,

Hac mendacia Peregrinantium, varios casus, varia pericula, & in universum sumptuosa daboquara narrantium.

Atheniensis in Græcia plurimum claruisse fatetur Salutissus, plus tamen fama, quam re ipsa, propter Scriptorum, quibus abundavit magna ingenia, sic ut per terrarum orbem Athenienium facta pro maximis celebrentur.

TIMORE,

Vide paulò ante, Legati mendaces. VINDICTE STUDIO.

ESCUS NIGER, Polonorum Rex, simulata expeditione in Prussos, in Masoviam deflexo itinere, obvia quæque ferro, & igni, nemine resistente, vastavit, & cum ingenti præda domum reversus est.

SCURRILITATE.

STRATOCLES Thebanis fuisse, ut quasi ob latum rerum bene gestarum nunciem diis honorem haberent. At cum clade verè allata stomacharentur, rogavit populum, Quid cum læsisset, qui sua opera læsus fuisset?

MENDACII AFFIRMANTIS ACCIDENTIA.

P. U. S. B. O. N. U. S.

MALUS, QUONIAM FAMULATUR, VERBO CAUSA.

JULIUS ATTICUS miles non obsecutus, in conspiratione M. Othonis contra Galbam, stricto ense Othonem se interfecisse clamitabat. Quo audito, Galba, qui in publicum prodire non fuit ausus, læthica in forum delatus, ut Jovi immolare, & ostenderet se civibus, à militibus prætorianis interfectus est.

CRUELITATI.

CONSTANTIUS cum Orientale imperium patristestamento inisset, omnes eos, quod parum aut patri amicos fuisse, aut sibi esse idoneos censuit, & medio sustulit. Missi Spatharii sunt ad occidentum Abilavum, qui post præfecturam à Constantio abrogatam in Bythia privatas vitam in otio traducebat. Quorum primores, ut iustus erant, cum se, ut in salutando imperatore assolere, ad genua inclinassent, litteras reddiderunt. Quibus lætis ille erectus, vestem purpuream, quæ mittebatur à Constantio, flagitavit. Cum autem illi subiecissent, se literas tantum de dignitate asserre, qui verò pro foribus starent, trabeam habere, intrò vocati illi pro purpurea veste necem purpuream intulere.

FRUCTUS. Tum

MENDACII DE SUI REBUS.

C. JULIUS CÆS. cum Deum ipsum, & dominatorem rerum omnium Jovem coram salutarerent assentatores, templumque dicarent, se hominem esse oblitus, pro arbitrio omnia facere cepit. At conjurati eum mortalem esse reipia ostendere.

LEPIDÆ Romanæ, ob partum simulatum ex P. Quirinio marito divite, atque orbo factò jam divortio, cum ex Scauro potius filium suscepisset, aqua, & igni interdictum.

ADULATIONIS.

ALEXAND. M. Aristoboli Poete carmen in profluentem abjecit: familia auctori minatus, si tale quid in posterum ederet.

P. AFRANIUS Potius videns magnam Caligula insolentiam, ac crudelitatem, adhibito jurejurando promissit, si C. Caligula, qui graviter decumbebat, convalesceret, se libenter moriturum. Cæsar pristinae sanitati restitutus, cum mori cogit, ne pejerasse videretur.

AFRANIUS Secundus, equestris ordinis, cum dixisset se eandem ob causam in singulare certamen decessurum, atque juramento hoc etiam confirmasset: postquam convalescit, certatorem illi obiecit.

CALIGULA quendam ab exilio revocatum cum interrogasset, quidnam illi facere consueisset? Cum per adulationem respondisset, Semper orator, ut periret Tiberius, & ut imperares: capta ex eo verbo conjectura, exules suos mortem sibi impetrari, misit, qui universos contrucidarent.

OBRECTATIONIS.

PARTICION, qui ex calumniis, quas bonis viris intentaverat, quæstum faceret, deprehensus, convictusque, pœnas dedit capitales.

EURYTHNUS cum moliretur ferere dissidium inter Castorem & Pollucem, alterum apud alterum insimulans, post deprehensus, utrique gravissimas pœnas dedit.

DEMARATUM Regem Spartanorum optimum, & præstantissimum Cleomenes, & Leutychedes fallis calumniis, quod Aristionis filius non esset, sed adulterio conceptus, regno deiecerunt.

Leutychedes, & regnum cum Cleome ad ministravit. Uterque tandem dignas pœnas luit. Cleomenes enim, cum ex bello contra Æginctas suscepto rediisset, mente captus, & in vincula conjectus, gladio sibi ipsi artus detruccavit. Leutychedes verò, cum in expeditione Pharfalica Dux omnia faciendis vi haberet, multum pecunie per corruptelam dono accepit: inspeque in re deprehensus, cum sederet in castris, utraque manu pecuniam tenens, in iudicium delatus & Sparta profugit: domus ejus excisa, ipsa Tegeæ obiit.

ANTIPATER Idumæus, Hyrcanum Alexandri F. cui Aristobulus frater regnum Judæorum extorserat, clanculum hortari non desistit, ne Aristobulum inultum pateret, qui vita ejus infidiaretur. Hac obrectatione Hyrcanum parato alioquin ingenio vitum permovit, ut ad Arctam Arabum regem confugeret, & arma fratri intuleret. Ex quo bello tandem Judæi in Romanorum potestatem venerunt.

JUDÆI, Herodem, qui insigni fortitudine latrones debellarat, invidia moti accusare cœperunt, quod latrones indicta causa occidisset. Quæ animorum abalienatio sensim dedit occasionem Herodi, ut Romanorum ope regnum invasisset.

ELEAZARUS Pharisæus mendaci reprehensione Hyrcanum III. Judæorum Ducem à Pharisæis abalienarat, matrem ejus servam fuisse perhibens. Ea injuria exarcebant Hyrcanum, à Pharisæis desecit.

P. MUTIUS SÆVOLA Judex injuriarum condemnavit eum, qui L. Accium Poetam lædendi gratia in scena nominaverat: cum C. Cælius absolvisset eum, qui Lucilium Poetam in scena nominatim læserat.

AVARUM Duces fortissimi fallis delationibus apud populum circumventi, & e medio sublati fuerant. Itaque delicti ducibus Avares, à Trebellio Bulgarorum Rege victi, substiti que fuerunt.

OBSESSA à Gallis Neapoli sub ann. Sal. MDCXXVII. Quidam, qui se Gallicarum partium militem simulatæ captus, & Neapolim perductus, Fabricium Maramaldum proditoris reum fecit, quod is portam Gallis proditorum promississet. Sed ab Aurantio tormentis subiectus, se pecunia corruptum, subornatumque fuisse ab inimicis Maramaldi confessus est, & talionis pœnas in frustra disiectus dedit.

VOYDILIO ex rustico cubicularius, intimusque secretarius Agievolis Lituaniæ Principis factus, fororem ejus insuper duxit. Quæ res cum Keyfituo patruo displiceret, & id Voydilio animadverteret, apud Jagilonem Keyfitum criminari cœpit.

pit, ita ut res ad bellum deveniret. Keyfitum Vilnam invasit, & occupavit: Voydilonem autem laqueo vitam finire fecit.

\* MENDACIA PUNITA

EXEMPLIS DEMONSTRANTUR.

Cum ex hisloriis, tum Sacris Litteris.

Oblatum fuit aliquando Theodosio miræ magnitudinis pomum: quod ipse admiratus, dono dedit uxori. Illa autem acceptum donavit Paulino, quo ob consuetudinem rei litterariæ familiarissimè utebatur, non sine aliqua suspicione. Ille verò rerum ignarus, ut conciliaret sibi Imperatoris animum illud ipsum ei donavit: qui eo accepto, de dato pomum uxorem rogat, quæ illud se comedisse mentita est: cum illud proferens Theodosius mendacem arguit, & insidam. Cujus rei causa animus non nihil ab ea alienus diu perseveravit, iusto interim occidi Paulino. Ex Nicephor. Zonara, & aliis Baron. tom. 6. ad ann. 446. 25.

Duo recentiores scriptores Germani commemorant fuisse in Misna rusticum quendam, hunc domum retulisse pecuniam, vesica suis inclamam, & scamno imposuisse. Cumque aliò abivisset, sus domestica, ut vorax, & multivorum est animal, in vesicam incidit, & ut vidit devoravit. Rusticus rediens, quam non inveniebat ab uxore deposcit, negat mulier vidisse, quid agat? adit stolidus Vetulam prope degentem, quam pro veratice habebat, jubet muliercula virum in limine domus resistere, nec à linea, quam creta notarat, latum abire culmum: mox ingressa cubiculum dæmonem scicitatorem de fure, his verbis aream introspicit: quidam N. pecuniam suam domum reversus talia amitte dicit, quem eis furatum? respondit veteror ex area (suo illo tripode) sus comedit domestica. Tu tamem dicto conjungem ejus, ut cum faceret domo amato eam abluirerit, clam fultulisse. Respondit illa rustico, quod à dæmone (patre mendaci) iusta, tacet de sua. Sed rusticus cuncta seiebat. Nam nihil verius amale interdidit, pedentem, ac leniter illam fuerat subsecutus, & ante ostium cubicali substituerat. Et sic malefica moliretur, accurare curata servare. Reverens domum uxori, & amicis cuncta narrat, ex C. or domum perstitit, crumena positur, desert triventicam, ut calumniatricem, & dæmonis partiarum. Magistratus portentum flammis expiavit. M. Del Rio Disquisit. Magic. lib. 4. cap. 2. quæ 7. s. 1.

Exploratores, quos Moyses ad explorandam terram miserat, Num. c. 13. & 14. revertere tuerunt populum suis mendaciis, ideoque subita morte corruerunt.

Serpens quoque à Deo maledictus fuit, quod primi mendacii instrumentum extitisset, dum mendaci patet primis parentibus diceret, nequam quam moriemini, sed critis sicut Dii, scientes bonum, & malum. Genes. 2.

Lucas ad 5. Ananias, & Sapphira ejus uxoris pavendum recedent interitum. Vendiderant agrum, cujus pretii, quod delatari erant ad pedes Apostolorum, dolosa calliditate mentientes, partem fraudarunt, inquiri de crimine Petrus, detegit fraudem, & Deus poenam infligit. Petrus, inquam, primus omnium, ac solus inter Apostolos de perpetrato peccato reos interrogat, quos convictos mox à Deo dira poena immissa confesquitur, ut experimento omni Ecclesiæ innotesceret, illum quem Petrus criminis arguit, Deum ejus iudicio annuentem mox experturum ultorem.

Impudens scortum incredibilia quædam de S. Daniele Scytilite confinxit mendacia, dicebat enim cum Manadæ, quæ probari non poterant. Verum enim verò huic Deo mox adfuit, & iustitia, quæ vitari non poterat. Quod ergo tunc accidit? Malus spiritus statim mittitur ad malam, & mendacem Femminam, & inviam cogit suum effari mendacium, & hæreticorum machinationem. Ille verò postea rogatus, ut illam curaret, ejus discipulus, qui dixit, septuagesies septies fratibus remittenda esse debita, & diligendos esse inimicos, ambo simul præcepta una actione excecuto est, illud quidem condonando injuriam hoc, verò vitæ dæmonio calamitatis ejus, & sanitate restituendo. Ex Metaph. & Alosf. Sur in vita ejus c. 23. Dec. 11.

EPIPHANIUM Cypriotum Episcopum duo quidam in via. Mendici aliquando observarunt: qui cum non penitentium aliquid fe ab eo accepturos existimarent, alter in solo spiritum continens, perinde atque mortuus esset, jacebat: alter autem veluti familiaris ejus lamentans, & flens, inopiam eam assu-

labat, ut funeris impensas non haberet, & penuriam tantam cum reprehensione ejus deplorabat. Porrò Epiphanius præteritis, nihil quidem aliud, quam quod jacenti illi requiem precatus est, dixit: Exiguum autem quiddam illi equum funerandum ploranti dedit, illa verba adiciens: Curam hujus funeris habe, & tandem flere desine: nam hic nunc non surget. Mortem autem, quæ communis omnium, & inevitabilis, necessitate quadam obeunda est, animo te forde ferre oportet. Hæc Epiphanius dixit, & abiit, ceptam perfecturæ ambulationem. Cum autem ea in via nemo alius appareret, ille, qui sic steterat, & ploraverat, jacentem, indicio pedis concussione dato, ut confurgeret, admonuit, simulque eum laudavit, qui tam egregie mortui hominis habitum retulisset. Et, Age tandem, exurge, inquit, ut in præsentia veritatis tuæ hilariter vivendo fructum percipiamus. Ubi autem ille amplius neque dicentem audivit, neque modis omnibus significationem aliquam se vivere exhibuit, alter cursu celeri Episcopum est consequutus, eique fraudem, quam inopia coacti commenti essent, indicavit: & jam citra fucum versis flens, & lamentans, ut socium suum resuscitaret, supplicavit. Epiphanius autem, postquam illi, ne factum id graviter ferret, dixit, hominem dimissum absolvit: quod Deus rem eam retractam nollet, fidem facere omnibus volens, ut equidem puto, qui tentare, & facere talia in ministris ejus audiam illum ipsum Deum, qui videat, & audiat omnia, eos falsum ire, sequere adeo ipsos infucios fallere. Niceph. Calli. lib. 12. b. i. f. Eccl. c. 49. Trip. lib. 9. c. 49. ann. Dom. 399.

Huic conforme est, quod de Juliano confessore, & Julio ejus fratre scribit: Hic duo fratres ad Theodosium Imperatorem Christianissimum venerunt petiti, ut templi idolopiarum ubicunque invenirent, destruerent, & templa Christi ædificarent. Quod Imperator libenter concedens scripsit, ut omnes debeant eis obedire, & eos in omnibus sub pœna capitis adjuvare. Cumque B. Julianus, & Julius in loco, qui dicitur Gaudianum, Ecclesiam construerent, & cuncti transeuntes eos in opere ob Imperatoris mandatum adjuverunt: Quidam cum curtu cunctes dixerunt ad invicem: Quam exultationem præterdere poterimus, ut liberi transeamus, & in illo opere non occupemur? Unum igitur ex suis in plaustrum supinum posuerunt, & cum pannis, ut mortuū coopererent, qui fe mortuū fingebat, & oculis clausis supinus jacebat. Cum ergo ad Julianum, & Julium pervenissent, dixerunt eis servi Dei: Filioli, parumper subsistite, & nos in hoc opere jurate. Qui se ibi stare non posse dixerunt, quia hominem mortuum detebant. Quibus S. Julianus, & Julius dixerunt: Quid ita mentimini, filii mei? Ecce illi: Non mentimur, Domini: sed sic est, ut loquimur. Tunc S. Julianus dixit: Secundum veritatem dicti vestri ita vobis contingat. Et illi boves pungentes pertransierunt. Cumque procul progressi essent, accedentes curru collegam suum ex nomine vocant, dicentes: Surge, & boves stimula, ut celerius progrediamur. Qui cum nullatenus moveretur, cum pulsare cœperunt: quid, inquiunt, delira? Sed cum non responderet, cum discopererunt, & mortuum invenirent. Tancus inde timor ipsos, & cæteros invasit, ut nullus de cetero famulus Dei mentiri audeat. Petr. de Natal. lib. 3. Catal. Sandorum c. 36. & Gofcale. in præcept. 8.

Accesserunt aliquando ad Isaac Eremitam peregrini quidam misericordiam postulantes, scissis pannis obfusi, ita ut penè nudi viderentur. Cumque ab eo vestimenta peterent, eorum verba vir Dominici tacitus audivit: qui unum ex discipulis suis protinus silenter vocavit, eique præcepit, dicens: Vade, atque in illa sylva in tali loco cavam arborem require: & vestimenta, quæ in ea invenies, desce. Cumque discipulus abisset, arborem, sicut iustus fuerat, requisivit: vestimenta reperit, & latenter ducit magistro. Quæ vir Dei suspiciens, peregrinis nudis, atque petentibus ostendit, & præbuit, dicens: Venite, quia nudi estis, ecce tollite, & vestire vos. Hæc illi intuentes recognoverunt, quæ posuerant, magnoque pudore confertati sunt: & qui fraudulenter vestimenta quærebant aliena, confusi receperunt sua. Greg. lib. 3. Dial. c. 14.

Vide plura in Loco de Pena, & Punitione.

DE SIMULATIONE, quæ Mendacii est species, videtur: Locus proprius de Simulatione, uti & de Hypocrisi. Item supra Tit. Mendacium nullo casu permitti, aut licitum censeri.

\* APOPTHEGMATA.

PHOCION Aryslogiton lycophanta in sermonibus nihil nisi arma, bellaque sonabat: cum verò intellexisset delectum militum

mitum haberi, simulata valetudine erus obligabat, baculoque innixus eum vulneratus, claudicans prodiit in publicum, cum Phocion a tribunali propiciens, ait, Scribe Aristogitonem, & eundem improbum, atque mendacem. Plut.

STRATOCLES, superatis pugna navali Atheniensibus, summa celeritate coronatus, fastidium victoriae nutum attulit: unde supplicationes decretae, epulumque per unamquamque tribum constitutum. Sed biduo post, cum veris munitus calamitatis afferretur, universus populus in Stratoclem exarsit. Tum ille, quid inquit, viri Athenienses vobis molestiam intuli, duos dies summa essis ea causa in voluptate versati. Fulg. lib. 4. cap. 18. Eras. lib. 4. ex Plu.

CICERO Fabiae Dolabellae dicenti, se triginta annos habere. Verum est, inquit, nam hoc jam viginti annos audio. Volebat illa junior videri, quam erat. Itaque Cicero elusit illam simulata assensione, significans interim illam esse quinquagenariam. Eras. lib. 4. Apopht.

Idem obliuiscens, quod a reo pecuniam accepisset, qua magnificas quasdam ades esset empturus: Fatebor, inquit, accepisse me, si emero. Eas cum esset mercatus exprobrantibus vanitate, An necitis, inquit, boni patris familias esse dissimulatum, si quid constituerit emere. Eras. lib. 4. Apopht.

Idem Julium Curtium, quo junior videretur, multa de annis aetatis suae mentientem, ita redarguit. Ergo, inquit, cum una declamabamus, non eras natus. Eras. 4. Apopht.

JULIA Caesaris Augusti filia, cum mature canos habere capillos accepisset, habebat comitricem, quae canos capillos sublegebat. Verum cum Augustus pater intervenisset, clam canos capillos super vestes filiae vidit, quos evulserat. Cum autem, aliud agens rem dissimulasset, demum post multa interrogavit filiam, utrum post aliquot annos cana esse mallet, an calva? Cumque illa responderet se canam esse malle: Cur ergo, inquit, tuo iusto, & instinctu illae ante tempus calvam te facere studeat: Et sic prudenter mendacium in filia deprehendit, ac corrigere studuit. Eras. lib. 4. Apopht. ex Sueton.

THALES a quodam rogatus, quantum a vero falsum abesse? Quantum, inquit, oculi distant ab auribus. Sensit autem, eos plerumque mentiri, qui audita, non visa referant aliis. Maxim. serm. 35.

ANACHARSIS ajebat se mirari, qui fieret, ut Athenienses, qui prohibent mentiri, tamen in cauponum tabernas palam mentirentur. Qui vendunt merces, emuntque, lucri causa fallunt quemcumque possunt: quasi quod privatum esset turpe, fiat honestum, si publice facias in foro. At in contractibus maxime fingendum erat mendacium. Sed tum maxime mentiuntur homines, cum maxime negant se mentiri. Apud Athenienses lex erat, quae jubebat si quis a se iuramentum accepisset, quidem alioquin erat arrogans, sed senectutis suae ipsam pudebat: quare canos rinctura obliterare conabatur. Progressus autem in publicum, de rebus orationem habuit: quarum gratia venerat: tum surgens Archidamus, dixit: Quid ille tandem recte diceret, qui mendacium non in anima solum, sed capite quoque circumfert. Stob. serm. 10. ex Theophrast.

Cum Laconum quidam dixisset, Mentiris: urbane. Quia (inquit) liberi fumus: sed alii, si quando vera non dixerint, stentur. Plutarch.

Epanetus dicere solitus est, mendaces omnium scelerum, & injuriarum auctores esse. Plut. in Lacon.

Quidam mirantibus, quod humile candelabrum emisset: Praefertur enim inquit, quod obarati plerumque mentiantur, dum pollicentur in diem, nec praesant, quod pollicentur. Ex Herodoto.

Per se inter peccata, duo gravissima numerabant: Prius esse debitorem: alterum, mentiri, quod obarati plerumque mentiantur, dum pollicentur in diem, nec praesant, quod pollicentur. Ex Herodoto.

Cyrus dicere ad Armenium solebat: Omnino non mentientium esse. Apertum enim mendacium hominibus maxime impediendum esse ad veniam consequendam. Danda est quippe his venia, qui ex inscitia, vel errore mentiuntur: qui data opera aperte nugarunt, nulla venia digni sunt. Xen. lib. 2. Pediae.

GALBA, quodam iactante, quod in Sicilia muranum quinque pedes longam emisisset? Nihil, inquit, mirum, nam ibi tam longe nascuntur, ut his picatores pro rebus cingantur. Mendacium evidenter mendacio derisit. Ful. lib. 4. c. 18. Eras. Roter. lib. 6. Apopht.

\* HIEROGLYPHICUM.

Est mendacii, & simulationis hieroglyphicum Pica, utpote quae anteriori parte candida sit, posteriori autem nigricet: amicum scilicet purum atque sincerum affatu primo simulet: mox vel decipiat, vel eludat. Pier. Ital. lib. 24.

\* Mendicus. Mendicitas.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Mendicus πτωχός, πεποιθός, qui victum ostiatium quaerit, egenus Pebr. Rescib, a verbo Rescib, egenus fuit, ad mendicitatem redactus est. Opponitur verbo Rescib, dives fuit. Egenus si est, qui nihil possidet, omnium enim, quae ad vitam necessaria sunt, egenus est.

EPITHETA, ET GENERA VARIA.

HOMERUS Mendicos ostiatium victum quaerentes; Pandemios vocat, interprete Porphyrio: eo quod tota vagantur urbe, non una domo contenti. Cal. lib. 1. c. 4.

Disti etiam ἀγρία, ἀνὰ τὴν ἀγρίαν πύργον, a colligendis f panibus, five buccellis. teste Eustath. in O. d. p.

Circuibant autem urbem, & domos cum tympanis caque pulsabant, quomodo etiam hodie plures caeci, & claudifaciunt, unde & μπά τὸν τύμπανον illos vocabant: quos tamen Erasmus eos intelligit, qui languente Catholica pietate, in Belgio sacras reliquias se circumferre mentiebantur: non tam ob pietatem quam ob quaestum, quae hominum colluvies tandem, licet ferius, eliminata est.

Sunt autem Mendicorum varia genera. Quidam enim necessitate cogente tales sunt, quod aut fortunam habeant novercam, aut corpore debiliores non sufficienti victui querendo, quo fit, ut cum egestate nequeant commovere, morbum aliquando simulent.

Sunt alii mendicantes, quos validos vocamus, homines ignavi, & otio, ac multis flagitiis dediti, & noxi in Republica.

His annuntiare illi, qui mentas divitum investigant, seque ingerunt ministerio, & mensis adfistunt, ut bolum aliquem capient, horum personam, & formam Ulysses apud Homerum gessit, cum Minerva: ut qui proccorum mentas obeunt, victum ab illis supplicibus petierunt.

Denique sunt mendicantes voluntarii, qui propter Christum renuntiant omnibus, quo possident. De quibus in *Loco de Religiosis, & Pauperitate.* Tit. de Pauperibus Epit. c. 9.

QUOMODO HABENDI.

Quod Medicantes illos, quos egestas, aut infirmitas eo misceriarum adegit, certum est in Republica tolerandos esse, nam & Christus in Evangelio meminit Lazarii pauperis, & stipem ante fores Epulonis efflagitantis, eumque caelo receptum admirat: cum e contra dives ille, qui micas huic negaverat, aeternis cruciatibus additus existeret. Luc. 16.

Quo certe tam terribili exemplo Christi indicare voluit, quanta sit mendicantium egenorum cura gerenda, dum vel mensis, epulisque nostris superveniunt, aut per compita, ac domos cibum quaerant.

Unde S. Chrysost. hom. 28. ad populum, saepe monet, ne nimum illos praesertemur, ac nostra crudelitate cogamus, ut illicita perpetrent: vel etiam, inquit, Augustinus, ne forte cum humanitatem denegaveris, adducit autem exemplum Loth Angelos excipientis, ipse fit Christus.

Fuit etiam Gentilibus cura mendicatis, ejusque miseriam sublevare. De quo lege Aristophanem in *Pluto*. Appianum lib. 1. de bello Civili. Suidam verbo ἀδύνητος & apud Homerum Ulysses mendici habitu ait.

πρωταὶ τῶν θεῶν ἢ ἐπιπύνας θεῶν, id est. Dii sunt mendicorum vindices.

Verum de hoc argumento multa dicuntur in *Loco de Pauperitate*, multa etiam dicta sunt *Loco de Eleemosyna*. Item infra de Misericordia nonnulla adducemus. Atque haec omnia confirmat Christus Luc. 14. Cum facis prandium, voca pauperes, debiles, claudos, coecos, qui non habent retribuere tibi, & beatus Chris.

\* DE MENDICANTIBUS VOLUNTARIIS,

Sive Mendicitate Religiosa.

Oppugnaverunt Ord. Religiosorum quos mendicantes vocamus, varii, contentendos esse extra statum salutis eos, qui seiplos sponte redigunt ad mendicitatem, ut quam humana, & divina lege veritatem clamant.

Eam

Eam antiquam, scdam, & licitam.

Ex veteri quidem testamento religiosa mendicitatis specimen gessit humanitatem illam, quam erga hospites, & peregrinos exercere, argumento esse potest, quod etiam ignoti passim de via compellerunt intrare, & cibum fumere, ut exemplo Abrahae, & Loth, aliorumque demonstratum est fugere in *Loco de Hospitalitate*.

Et Deus mandavit viduae Sareptanae licet paupertimae, ut sustentaret Eliam fugientem, quae quamvis panem non haberet in necessariam sui, suorumque alimentonem, supererat enim dumtaxat tantillum farinae, quantum pugillus capere poterat, tamen Elias ei injungebat, primum sibi de farinula illa panem faceret. 3. Reg. c. 17.

ELIAS quoque hujus generis mendicans aestimabitur, qui transiens per Sunam, a muliere opulenta detentus, ut comederet panem, frequenter ad eam direberat, sic ut fecerit ei cetraculum parvum, lesulum, candelabrum, & mensam ei posuerit, ut cum, inquit, venerit ad nos, maneat ibi. 4. Reg. 4.

CHRISTUS autem Religiosorum omnium exemplar, & norma nullam habuit rerum temporalium possessionem, unde dicebat: Vultus vos habet, & vultures caeli nidus: Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Quod porro non manuum labore, sed elemosynis vixit, patet ex illo Luc. 6. Mulieres alique ministrabant illi de facultatibus suis.

Immo summam paupertatem, quam Dominus omnium ostendit, natus in domo aliena, fecit ultimam cenam in domo aliena, sepultus in sepulchro alieno, equitavit in jumento alieno, pransus nunc in domo Simonis, nunc apud Marchum, nunc in domo Matthaei, circuebat castella, & vicos, &c. Quin Judas dicitur loculos tenuisset, id est, pecunias illas, quae donabantur Christo ad victum.

Potro voluit, ut qui se sequerentur, omnibus se abdicarent, quomodo fidem dicit Petrus nomine aliorum, Ecce nos reliquimus omnia. Siquidem ille, cum fratre, & filio Zebedaei, relictiis rebus, operae scilicet diurno, quo victum comparabant, & patre, secutus cum fuerat.

Denique illis preceperat, Nolite possidere aurum, neque argentum in zonis, nec ducas tunicas. Matt. 10.

Nec Apostoli manibus operabantur, sed vivebant liberalitate eorum, quibus praedicabant, ut constat ex eodem loco, 1. Cor. 9.

Foram autem institutum amplexi SS. Franciscus, & Dominicus, quorum prior, cum ex Evangelio locum Matt. 10. audivisset, detrahit calcis, & unica tunica contentus, cum XII. sociis adhibuit, Ordinem Minorum instituit ann. Sal. MCC. IX.

Posterior vero institutum Praedicatorum Ordine, quem confirmavit Honorius III. Pontifex, moriens paupertatem fratribus suis tanquam certum patrimonium testamento reliquit. *reviar. Rom. 4. August.*

Ceterum hoc genus vite innumeris signis, & miraculis est a Deo frequentissime confirmatum, in ipsius institutoribus, ac eorum sequacibus, ut per quos conversi gentiles ad fidem, confutati haeretici, Christiana pietas multum dilatata.

Sequitur ergo hos mendicantes Reipublicae utiles, cumque instituti sunt in subsidium Parochiorum, qui per se ovibus Christi pasceendis non sufficienti, verbo etiam, ac opere labore in vinea Domini, sui experientia teste docemur, ac terrenis possessionibus desistantur, omni jure a populo sustentantur, & vivunt de Evangelio, quod annuntiant. Dignus est enim operarius mercede sua: & ministrantes spiritalia parum est merere carnalia.

\* DE MENDICANTIBUS VALIDIS.

Qui tales censentur?

Validos mendicantes appellamus illos, qui ut otio vitam, & inertia transigant, veluti fuci se aliorum laboribus sustentare, & verè egentibus alimenta surripere fatagunt.

NON SUNT TOLERANDI.

Validos mendicantes Jura tum divina, cum humana aere in Republica, tanquam inutilia terra pondera, unde & inertes dicuntur. Equidem apud Judaeos *Deuteronom. 15.* si modo veteret apud eos esse mendicos, intelligitur de talibus ociois, nisi dicamus eos prohiberi omnibus his locis, quibus otium, & inertia vetatur. Nam certe inter Judaeos fuisse mendicos palam est ex historia Lazari Luc. 16. item de caeco a nativitate

secus viam mendicante. Luc. 10. de alio egeo mendicante, Joannis. 9. de Claudio ad portam templi stipem petente, & a Petro sanato, *Ador. 3.* Quod ergo ibi dicitur, mendicus non erit inter vos, hoc solum dicitur, ut divites ita pauperum necessitatibus provideant, ut nulli mendicare cogantur: quod sane in urbibus bene institutis obinet, ut è publico sustententur pauperes, ne in publico, necessitate urgente, stipem colligere debeant.

Eosdem mendicantes lex civilis coerctet. *C. de valid. mendicant. lib. 1. tit. 25. unica, & C. Theodof. tit. eod. lib. 9.*

Platonis lege cautum erat, ut constet. *Lib. de legibus, dialogor. 11.*

Mendicus nullus in civitate sit: si quis hoc facere tentaverit, ut precibus inefficacibus victum quarat, ex foro adiles depellant, ex civitate urbis curatorum magistratus, ex reliqua regione agrorum curatores extra fines expellant, quod regio ab hujusmodi animali pura fiat.

Idem Plato *lib. 8. de Republica*, dicit in ea civitate in qua, ociois videas mendicantes, esse fures ibidem, latebras sectantes, facrilogos, & scelorum hujusmodi artifices.

Non abimilis etiam fuit Lux Gratiani, Valentini, & Theodofii Imp. quae est inserta in Codice Justiniani *sub titulo de mendicantibus validis*, Et exat Caroli Magni constitutio, in qua mendicis palantibus vetuit quidquam tribui: suos quamque regionem inopes alere, sanos, validos labore victum quaerere. ac desiderio sufficere manus iussit. Hae respexerunt etiam Constitutiones imperii moderniores, quibus statutum, ut hoc seque, atque futile genus hominum, & velur rapto vivens, non feratur. Ex istis causis veteres in bene constitutis Regnis, & Reb. pub. non tulit eos, qui specie religionis legitimitatem suam tegere, & alieno labore victurae voluerunt. Ita enim scribit *Val. Max.* Massiliensium Respubl. Omnibus, qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertiae quarunt, clausas portas habet, mendosam, & fucosam superstitionem submovenda esse existimans.

Lepide igitur, si non licite, aut recte, mendicis validis, & ociois, qui mendicantibus victus quasi artem quandam faciunt, jubetur panis dari, & insuper quasi pro obolione pugnis impingi. Illud quidem, quia homini panem petenti negare vix hominis videtur: hoc autem, ut discant illa foeda parandi viduaturatio abfistere, & intelligant, se bonis omnibus meriti odiosos esse. Versus Graecus sicut a Mureto in suis variis Collectionibus inducitur, hic est?

Ἄξιον ἔστιν ἰσχυρῶς ἢ κοινῶν δῶλον ἢ ἀνάξιο.

Hae mihi meditantem venit in mentem historia elegans, quam recenset *Jodoc. Damboud. in sua praxi criminali*.

Cum Gandavi, inquit, cum aliquot Senatoribus Brugensibus sederem ante portam domus Senatoriae, Mendicus quidam gemebundus, plorabundus, mirisque modis Iri paupertatem simulans, elemosynam peti, habere se latens vitium, ac malum praedicat, quod pudor illius hominum conspectui exhibere detrearet. Ipsi miseri singuli mendico elemosynam largimur. Mendicus a nobis digreditur. Unus nostrum jubet famulum suum hunc mendicum insequi, & propius quid latens vitii haberet, perquirere: parens mandatis; mendicum rogat, quodnam sit illud latens vitium, quo se laborare dicebat, inspicit faciem, videt pectus, videt brachia, omniaque nitentia, & valida comperit. Nihil, inquit, famulus, in te mali video. Ah, inquit, mendicus longe aliud est malum, quod me premit, quodque a tuis obtutibus remotum est, nempe, tale malum, quod per universum corpus meum serpit, quod per venas, ac medullas ita graffatur, ut nullum sit mihi corporis membrum, quod se laboribus, ac operis tradere valeat. Hoc malum vocari audio pigritiam, & desidiam. Quid? haecce noxia admodum sunt vitia? Famulus hic stomachabundus discedit, ad suos redit. Rogatur, quod fuerit illud latens malum. Famulus, ut a mendico edoctus fuit, rem explicat, cognovit illud latentissimum malum, quod multos alios premit, angit. Responsum cum risu excipitur. Mox perquiritur mendicus, verum alio se subdixerat. Annectit idem Damboud aliam historiam non minus lepida, quam propter prolixitatem omisi, cum praesertim ipsius praxis in manibus habeatur.

Recte igitur hoc scelestissim. genus mendicantium detestatur, & quod infinitorum malorum auctores sint, *Cornelius Agrippa* multis exemplis, & rationibus demonstrat.

\* MENDI-

\* MENDICANTIUM MORES.

A Mendicantibus plerumque impudentia comes est, & clamor inconditus, quomodo mendicus cæcus in Evangelio clamasse describitur post Christum transeuntem: in Actis Apostolorum, Claudius ille interpellabat intrantes in templum, unde à Græcis ἐπιείκεια, ἀπὸ τῆς ἀειρίας, à petendo dicti mendici.

Sunt, qui mendicos à mentiendo derivent, sunt enim plerumque mendacii dediti.

Sed, & ἀπὸ mendicis nuncupatur apud alios forsitan, quod sit illorum proprium etiam citrà necessitatem suspirare, & genere. Errabundi plerumque sunt, nec est alia æquè vaga vita ac illorum, hinc & ἀκαθάρτους mendicos describitur apud Eustath.

Uti animo, ita & corpore plerumque male affecti sunt, mendici. Ita Lazarus in Evangelio describitur ulcerosus, quod quidem caret reprehensione, si casu, aut infirmitate tales sint. Nam reperias prope infinitos, qui crus, aut manum alligant, ut vitium aliud, puta membrorum contorsionem, defectum, aut aliam infirmitatem, lepram scilicet, insaniam, epilepsiam, vel quid simile, tanta dexteritate, & audacia simulat, ut verè etiam peritiores fallant. Cujus rei plura exempla in medium produci possent, quoties imposturæ illa detectæ, & poenis civilibus vindicæ fuerint.

HABITUS.

Mendicorum vestimenta, & habitus olim in Ulyssæ ab Homero describitur, etatque imprimis parva curpis, quæ humeris adharebat loro, in quam cibos recondere solebant, quod etiam hodie faciunt. Hinc adagium, πτωχὸν ἵδου διὰ τοῦ σώματος, id est, mendicorum loculi sunt semper vacui. Immo Judæi copiosum gestare soliti, quo stipem, & cetera erogata exciperent. Hinc Martiali, lib. 5.

Dum te posse negas nisi lato Gællia clavo Nubere, nupisti Gællia cistifero.

Lactæ quoque, ac miseræ mendicorum vestes, quibus fors prodeunt, etiam si meliores domi recludant. Sic nuper Antuerpiæ per elemosynarum curatores deprehensi, qui cum vix corpus, & quæ natura in eo tecta esse voluit, foras prodeuntes velare posse existimarentur, domi in vestitu, aliisque cupidius luxuriarent, ita ingeniosa in hoc genere paupertas est, & mendicitas.

C Etiam ῥάβδος, sive σκῆπτρον, id est, baculus, quem ad iter manu tenent, mendicis pro sceptro est, est baculus paupertatis symbolum. Hinc Jacob factus se in baculo, hoc est absque comitatu, cultu paupere, Jordanem transtulisse. Similem mendici descriptionem reperire est apud Martialem Lib. 4. Epigram.

Hunc, quem sepe vides inter penetralia nostræ Palliados, & templi limina, Cofine, novi. Cum baculo, peragat senem, cui cana, putrisque Siat coma, & in pectus foridam barbam cadit. Cereæ quem nudum tegit uxor abolla grabat. Cuique datis laterat obviam turba cibis. Esse putat Cynicum, deceptus imagine falsa, Non est hic Cynicus, Cofine, quid ergo? Canis.

LOCA VARIA.

Locus mendicantium non unus est, quippe ubicunque prædam sperant, eò convolant, ædes opulentorum, conviviorum triclinia, compita, nundinarum, aut enceniorum loca mendicis abundant affatim: qui licet membro mutili, lumine privati, corpore fracto, & debili, eò nihilominus, eum corvi ad cadaveræta, convolant, interdum nocturne gradiuntur, omne iter obfident, nullusque est angulus, quem mendicorum soletia non investiget, usitatum quoque videm, ut pietatem suam ignavia prætegant, peregrinari ad loca sancta, & ab ipsâ mendicantibus liberis instrumenta, reliquias aliquas scemata collo appendentia, ut galero, penulæque affixa deferre. Vix enim reperias inter ineres illos, vagoque petitores, qui non limina Apostolorum, aut S. Jacobi Compotellani, Ademæ Lautetanam visitasse se afferat, viarumque à prædonibus infestiarum calamitatem cautiore fortuna suæ invadisse cautescit: sic ut necessitate dumtaxat manum extendere ad stipem impellatur.

Carcerum loca, quæ in urbibus obfident, sunt opulentiorum vestibula. Sic Lucas Lazarum ad epulonis vestibulum constituit. Et Homerus idem de suo Ulyssæ factus. Q. p. Immo & canes, aliæque animalia folios à limine arcere, colligunt ex verbis Ulyssæ ad Irum, Ibidem.

Ἐπὶ τῶν τοῦ ἵδου κείνου τῶν οὐκ ἔσονται. Hinc nunc sede, canes, susque arcens.

E Solebant autem hinc furgere, manibusque portæditis à convivantibus stipem colligere, & ea accepta ad locum reverti, atque id Eumæus apud Homerum Telemachi iussu mandar Ulyssæ, ut faciat.

In pontibus etiam, & publicis viis, ubi frequens accessus, & recessus, frequentem stationem habent medicantes.

At templorum valvas assidue obfident, ut introeuntes ad misericordiam, & elemosynam erogandam, quæ orationem in templo faciendam juvet, provocent, testis est Lucas Act. 3. Mendicum, qui erat claudus ex utero matris suæ, quotidie positum à bajulis ante portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret elemosynam ab introcubitibus in templum.

Liber his subicere Problema, rei præsentis conveniens.

Satiusne censeri debeat, mendicantes templi portis, uti in ingressu excludere, nè ibi mendicent: An saltem ad portam permittere, ut stipem corrogent?

F Conveniebant olim apud Romanos ad stipem extra portam Trigemnam, hodie S. Pauli, ut est apud Plautum in Captivis, & Plin. lib. 14.

Indicat modò majorem religionem, si ante templum erogentur elemosynæ. Habete affirmativa pars patronum præcipue S. Chrysostomum, ubi in sermone, præsertim, Hom. 28. ad pop. pauperum partes studiosissime defendentem. Is docet, hos propter arte Ecclesiæ, & Martyrum monumenta pro foribus sedere, ut ex hujusmodi spectaculo discamus timore depositi, & contrito corde ad orandum ingredi, & misericordiam affici erga illos, misericordiam qua situr à Deo, illosque honore afficere, quos Deus suæ regie vestibuli custodes esse voluit, simul significans, non delectari se divitis.

Perfimosi est Nazianzeni sententia, qui præterea addit, quod ejsmodi hominum clamor precantium, internis templi cantibus ex adverso respondet, atque è regione mysticarum vocum miserabilis lætus exciatur.

Eodem spectare potest, quod ait Aug. serm. 5. de verb. Dom. Ut cum à nobis mendici petunt, ipsi nos Dei agnoscamus esse mendicos. Exigunt mendici ad portam templi tanquam Dei publicani vectigal, non quòd pendere cogaris in tanta quantitate, sed quòd amore Dei sponte largiaris, docent te modum orandi, ut exponas Deo vulnera anime, ut ex intimo cordis affectu, & importune.

At enimvero nonnullis minime placet mendicantium per plateas itatio, aut ad portas Ecclesiarum commoratio, malle neque certo loco cunctos detineri, & piorum ibi elemosynis alitum ad prohibendas hujusmodi clamoribus læcis fraudes, ac fordes, tum ne importunus, ac inconditus clamoribus orantes, divinasque res celebrantes interturbent.

Sanè quidem Concilii Turonici secundi decreta gravissimum extat, ut unaquæque civitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires, ut tam vicini presbyteri, quam cives omnes fnum pauperem pascat: quo fiat, ut ipsi pauperes per civitates alias non vagentur.

Deinde Pius V. Pontificatus anno primo feverè cavet, ne pauperes mendicantes, seu elemosynas petentes per Ecclesiæ tempore Missarum, Prædicationum, aliorumque divinorum officiorum ire permittantur, sed ad valvas Ecclesiarum stare jubeantur.

H Idem decrevit Concilium Provinciale primum Mediolanense sub Carolo Borromæo: & ibidem summo opere hortatur Concilium Principes, & magistratus, ut reliquosque omnes Christianos fides, ut mendicos verè ægrotos unum in locum conducendos, ibique elemosynis sustentandos studiosissime curent.

Romæ Sixtus V. pia, ac munifica id opera procuravit, & extant quorundam Principum super hæc re, & Rerum publicarum leges, quas recitat Petrus Gregorius Tolosanus: & ut de Paganis denuo fiat mentio, constat Aristophanis testimonio, ægrotis in æde Aesculapii assignatum locum, & Soterius narrat in insula Tyberina, ubi templum erat eidem dicatum Deo, morbos delatos, & expositos, ut curentur. Ibi nunc, non sine divino consilio visitur domus infirmorum, cui præest religiosa familia, quam Patrum memoria Joannes De dios religiosissimus vir instituit.

Qui

Qui malunt per publicas vias mendicos iare, vel certè, qui negant id non impediendum, ut non debeant sanè, si non suppetat is aliunde, confirmat illa parabola, in qua Christus inducit præcipientem cœne magne instructorem. Exi citò in plateas, & vicus civitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introdue huc: præsertim verò alia vice parabola, sive historia de Lazaro jacente ad januam divinis. Luc. 16.

APOPTHEGMATA.

DIOGENES, quibusdam Diogeni probro vertentibus, quòd peteret, cum id Plato non faceret: Immo, inquit, petit & ille, sed, Amoto capite, ut ne quisquam exaudiat alter.

Abusus est Homericæ carmine, quod est Odyss. 4. quo significavit, Platonem non minus esse petacem, nisi quòd ille clam peteret, ipse palàm: Laert. lib. 6.

Idem, postquam inopia compulsus cœpisset mendicare, his verbis loquitur: Si cui alteri dediti, da & mihi: si nemini, à me incipe: Significabat se non inferiorem cæteris mendicis: itaque, ut qui daret quibuslibet, daret & Diogeni: qui verò tam parvus esset, ut nemini quicquam daret, huic tempus esse, ut aliquando dare inciperet. Idem ibid.

Idem à prodigo petebat minam, ille admiratus improbam postulationem, interrogabat: Cur ab aliis obolum petere solet, à se autem minam? Quoniam, inquit, ab aliis iterum accepturum spero, à te autem fortassis nunquam: Idem ibid.

ARISTOTELES oburgatus à quodam, quòd dedisset elemosynam homini malo: Non moros, inquit, sed hominis miseriam respici, Laert. lib. 4. cap. 1. Idem ab eodem de re castigatus Non homini dediti, inquit, quicquam, sed humanæ sorti. Idem ibidem.

STRATONICUS, cuidam laudanti ipsum, ut aliquid acciperet: Ego, inquit, major mendicus sum. Sentiens, non esse musicorum dare laudanti, sed accipere à laudatis. Athen.

Lacedæmonius quidam videns quendam diis corrogantem: nihil, inquit, moror Deos, qui me sint pauperiores. Hinc liquet, vetus esse hoc obtentu religionis exercere mendicitatem, cum plerumque tales collectæ non impendantur divinis, qui nullius rei sunt egeni, sed improborum luxu, ac libidini. Plutarch. in Lacon.

C Mendicus quidam petit aliquid à Lacone, ait ille: Si quid inquit, dederò, magis es futurus mendicus; verum istius probrosæ vitæ tuæ fuit author, qui tibi primus dedit, teque fecit inertem. Apud Lacedæmonios probro dabatur mendicitas, quòd & otium odissent, & minime essent contenti. Benignitas autem in mendicos speciem habet magne virtutis: sed ea pio rum hominum bonitas alit plurimorum malorum luxuriosum ignaviam. Idem.

ANTIGONUS Thraffilo Cynico petenti drachmam, non est, inquit, munus regium. Cynico subicente: Talentum igitur da: At non est, inquit, Cynicum tale munus accipere, Utroque contra repulit postulatoris improbitatem, quem existimabat nullo dignum beneficio. Plin. in reg. & imp. Apoph.

Vide, Paupertas.

\* Mensa.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, SIGNIFICATIONES, ET NOMINA VARIA.

D Mensa Hebræis שֶׁבַח seu schach, quasi missio dicitur, vel emissio, quòd panes in ea Deo immitterentur. Eratque tabula longior, unde mensam usurpamus pro tabula, in qua cibaria, vel quævis alia imponuntur. Tropice autem pro convivio, convivio, cibariis ipsis: sic vocatur à mensam, parafæ nomine æternam beatitudinem insinuat. Ath. 6. ministrare mensis ponitur pro largitione, sive erogatione elemosynarum, & apud Malachiam, & Ezechiel, mensa pro altari ponitur. Latini mensam dicunt, ait Villalpandus, quasi missam, quòd scilicet in eam fercula mitterentur, unde primam dicebant, & secundam mensam, sive mensam carnis, & bellariorum, Græcè σαρπηχάρια, aut σαρπηχάρια: Immo singula fercula missus dicitur.

VARRO tamen mensam dictam vult quasi mensam, id est, mendiam, quòd inter convivas multa poneretur. Et quidem, vel unica major erat, in quam vicissim fercula inferebantur, & au-

feriebantur ab ea: vel plures, quæ cum ferculis missis, obsoniisque per ministros auferbantur. Hinc Plautus. Cada soles mihi, properate, atque auferre mensam.

Et Virgilius.

Postquam exempta fames epulis, mensaque remotæ.

Alexis verò apud Athen. lib. 9.

Ὅτι ἄλλο τὸ σαρπηχάρια ἀπόδοτος ἐστὶν ἢ σαρπηχάρια ἐκ τῶν ποσειδωνίων παραχθέντων.

Κίσπος βρώσας, hoc est.

Ὅτι vidit mensam, homines duos

Ferentes intus variorum obsoniorum

Apparatum abundantem.

Notat autem Servius in lib. 1. Æneid. mensas olim pro discis apponi solitas.

Græci autem mensam σαρπηχάρια, quasi σαρπηχάρια, quia pedibus quator subsistat, appellant, teste Eustath. Od. 4. & 5. Nisi, quòd & σαρπηχάρια à tribus pedibus dixerint.

Scribit autem Geinerus Lib. 4. de Quadrap. fuisse antiquitus præter mensam Repositoria, erantque tabulæ, super quibus fercula reponerantur, & inferebantur, idque super mensam ordinariam, sic ut non mensa, sed repositorium removeri intelligatur, usus non mensam, sed repositorium apud plerisque gentes adhuc hodie celebratur.

MENSARUM INVENTIO.

Dædalum primum mensam, & Sellam fecisse, Isidorus est auctor.

In Sacris litteris præcipitur in Tabernaculo fieri mensam Exod. 25. ut exciperet xii. panes Propositionis, sive Deo proponendos. Hinc mensa hæc erat constituta ante S. Sanctuorum in Sancto, juxta altare thymiamatis. Nam Sanctum habebat tria, scilicet altare thymiamatis, quòd ad sinistram sive laus Septentrionale habebat hanc mensam: ad meridionale, quòd dextrum erat, candelabrum: atque huic supra deduximus herbraicam mensæ etymologiam. Vide §. sequentem.

Item mensarum usus erat ad elemosynas, & cibaria pauperibus dispensanda, quomodo dicitur Ath. 6. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, id est in tentos esse dispensandis communibus facultatibus, qua confererentur in usus pauperum, vocat autem Lucas mensas cibaria, quæ egenis erogabatur.

Apud profanos Scriptores varius usus mensarum reperitur, nempe ad scribendum, rationes dandi, & accepti faciendas, monetam permutandam, negotiationem exercendam, aliæque innumera efficiendum, unde mensæ scribarum, economorum, artificum, atque opificum. De mensis fœneratorum, & numulariorum dicemus in loco de Usura, & infra de Numulariis, in loco de Nummo.

Potissimum mensarum usus fuit ad instruenda convivia, effugis, ut antiquissimus; ita, & commodissimus, ac homini proprius, alioquin instar bestiarum abjecti in terram, sicut à barbaris nonnulli fieri consuevit, cibum fameremus.

SOCRATES tamen apud Platonem Polit. 1.3. fictitiæ illius suæ Reipubl. cives accumbentes, in thoris stratis hederæ, atque myrtili foliis cibum capere jubet. Cui cum Glaucon diceret, hoc esse porcorum, respondit ille, Homines non fana, sed φαρμακον: hoc diffusentis luxuriæ naturæ κλίνας ἢ σαρπηχάρια, hoc est, mensas, & lectos, aliæque hujusmodi adhibere.

CONVIVALIS MENSARUM USUS SACER. utpote MENSÆ SACRÆ ET RELIGIOSÆ.

H Convivalis porrò mensarum usus rursus duplex videtur posse statui, sacer nimirum, & profanus: unde mensæ alix factæ dicuntur, sive factæ: alix profanæ, sive, ut Macrobii verbo utar, humanæ.

Mensæ factæ, sive factæ sunt, quæ rei divinæ, epulis, atque vasis sacris sunt destinatæ, & plerumque in locis sacris, atque religiosis collocantur. Hæc rursus bifariam dividi possunt, ita ut alix dicantur verè factæ, & religiosæ: alix superficiosæ, quarum illæ verè religioni, atque cultui divino: hæc superstitionibus, atque idololatriæ serviunt.

Prioris generis fuit Mensa illa Moyseica in tabernaculo collocata, confecta ex lignis Sethim, auro purissimo obducta, longa cubitis duobus, lata uno, alta uno, & dimidia: cui panes illi propositionis, sive Facierum (ab Hebræis Phanim, hoc est facierum, & Sancta Sanctorum: à Græci ἱερότων, ἁγιοτότων, & ἁγιοτότων appellati) imponebantur. Hujus mensæ descriptionem vide Exod. 25. & 37.

Celebris